

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

CATALOGVS
NVMORVM HVNGARIAE
AC
TRANSILVANIAE
INSTITVTI
NATIONALIS SZÉCHÉNYIANI.

PARS I.

NVMI HVNGARIAE

cum Tabb. aeneis 79.

4571

PESTINI,
TYPIS MATTHIAE TRATTNER 1807.

STEPHANI SCHÖNVISNER
Abbatis B. M. V. de Tormova
PRAEFATIO.

OBLATA est mihi, benevole Lector, provincia perhonorifica non modo insignem thesaurum numismaticum, quem industria, et liberalitas Excellentissimi D. FRANCISCI Comitis SZECHÉNYI condito ab se rerum Hungariae cognoscendarum Instituto, simul cum amplissima Bibliotheca sua hungarica, donavit, in praesente Catalogo describendi, verum etiam in genere de praestantia et vsu Numismatum Hungariae ac Transilvaniae disserendi. Quam quidem provinciam licet incunctanter, non tamen sine metu me suscepisse profiteor, partim ob ingentes, ac saepe improvisas, quae in contexendis id genus Catalogis numismaticis occurrere solent,

difficultates, partim vero propter conscientiam tenuitatis virium mearum, et imbecillitatis ingenii, ac denique, quia suscepti Operis admaturatio justis de caussis necessaria esse videbatur. Sed cum standum esset promissis, experiri, quid adhuc humeri ferre valeant, quidve recusent, constitutum est.

Nec enim defuere ad laborem sublevandum praesidia: delectus quippe Numorum aeneis Tabulis incidendorum longe jam antea per alios factus erat; incisio Vindobonae peracta; admissum, ut impressio Pestini fieret, castigatis praevie nonnullis Chalcographi mendis; utque in vacuis quarumdam Tabularum spatiis rariores aliquot Numi, serius adquisiti, insculperentur, liberalissime indultum fuit. Nec soli Indices mecum communicati sunt, et ectypa, sed etiam universus Numorum originalium ádparatus, quo facilius, et adcuratius descriptiones fierent, simulque aureorum, et argenteorum pondera in Catalogo notari possent, mihi exhibitus est. Quid quod etiam pro Dissertatione concinnanda libri haud pauci, et nonnulla Manuscripta fuerint suppeditata?

Atque haec sunt, quae praeliminaris notitiae causa, ne a consueto praefationum more deflecterem, commemoranda duxi. Superest, ut universi Operis oeconomiam, et ordinem paucis exponam. Dispescitur *Catalogus* trifariam: *Pars Prima* Monetas, et Numismata Hungariae Regum, hisque sanguine, aut alia quapiam necessitudine junctorum, in tres Periodos, seu totidem Classes, et octo saeculorum series chronologicas distributa, complectitur; *Altera* Numos Transilvanicos Regum, Principum, Vajvodarum, Tyrannorum, servato aeque temporum ordine, continet. In *Tertia*, eaque postrema, sunt Miscellanei, propterea sic dicti, quod in his Hungarici, ac Transilvanici illustrium aliquot familiarum Numi non soli, sed mixtim cum aliis diversi generis numis, nulla temporum, sed Alphabeti duntaxat ratione habita, recensentur, ac describuntur. Sunt tamen et hi in series quasdam distributi. In qualibet hujus Catalogi Parte praecedit Conspectus Numorum describendorum: sequuntur Descriptiones, numeris distinctae; nec non Index rerum, ac verborum. Postremae Parti, si superi faverint, jungetur

Specimen Dissertationis, de praestantia, et vsu Numismatum Hungariae, ac Transilvaniae. Accedet Recensio Collectionum publicarum, et privatarum ex Numis Hungaricis, ac Transilvanicis hactenus factarum, nec non Auctorum, qui Numismaticam Hungariae illustrarunt. Coronidem addet Sylloge Constitutionum aliquot monetalium, et metallicarum. Interea, Lector benevole, conatibus nostris fave, et vale.

CONSPECTVS PARTIS I.
NVMOS HVNGARIAE
COMPLECTENTIS.

CLASSIS I.
Numi Periodi Primae, seu Regum Stirpis Arpadianae.

SERIES I.
Monetae Saeculi XI.

I. S. Stephani I. Denarii arg. II. Petri Den. III. Samuelis *Abae*. Den. IV. Andreae I. Denarii duplicis generis. V. Belae I. Den. VI. Salomonis Den. arg. primi inter hungaricos cum figura Regis. VII. Geysae I. Den. parv. VIII. S. Ladislai I. Den. arg. ex bracteatorum bilateralium genere.

SERIES II.
Monetae Saeculi XII.

IX. Colomani Obuli, et hemiobuli arg. X. Stephani II. Obuli. XI. Belae II. Caeci. Obuli et hemiob. arg. inter quos bracteati

cavi. XII. GEYSAE II. Obul. et hemiob. arg. XIII. STEPHANI III. Obul. et hemiob. dubii. XIV. LADISLAI II. Hemiob. arg. dubius. XV. STEPHANI IV. Hemiob. dubius, anepigraphus. XVI. BELAE III. Den. et Obol. arg. XVII. EMERICI Obol. arg. XVIII. LADISLAI *Infantis*, nullae extant monetae.

SERIES III.

Monetae Saeculi XIII.

XIX. ANDREAE II. *Hierosolymitani* Den. arg. XX. BELAE IV. a) Den. et obul. arg. b) Numi aenei. XXI. STEPHANI V. Obuli arg. inter quos et bracteatus cavus. XXII. LADISLAI *Chuni* Obul. arg. XXIII. ANDREAE *Veneti* Obul. arg.

SERIES IV.

Incerti Regum Numi primae Periodi, et incipientis Secundae.

A) Numuli anepigraphi, Den. et obul. arg. B) Alii cum inscriptione *Moneta Hungariae* sine Principis nomine.

SERIES V.

Monetae pro Sclavonia sine proprio Regis, vel Ducis nomine.

Denarii, et obuli arg. Saeculi XIII. et XIV.

CLASSIS II.

Monetae, et Numismata Periodi Secundae, seu Regum Stirpis mixtae.

SERIES VI.

Monetae Saeculi XIV. et incipientis XV.

XXIV. Wenceslai Obul. arg. *dubii*. XXV. Ottonis *Bavari* obul. arg. XXVI. Caroli *Roberti*. a) Aureus. b) Grossi lati arg. c) Denarii et obuli arg. XXVII. Ludovici I. a) Aurei. b) Grossi lati arg. c) Den. et obol. arg. XXVIII. Mariae Reginae. a) Aurei. b) Den. arg. XXXI. Caroli *Parvi* Denar. arg. *dubius*. XXX. Sigismundi. a) Aurei. 1*mo* cum fasciis et leone. 2*do* cum fasciis et aquila. b) Denarii, et obuli arg.

SERIES VII.

Monetae Saeculi XV.

XXXI. Alberti. a) Aurei. b) denarii arg. XXXII. Wladislai I. a) Aurei. b) Denarii arg. c) Numus aeneus. XXXIII. Monetae *Interregni* tempore signatae: Denarii subaerati. XXXIV. Joannis *de Hunyad* Gubernatoris. a) Aurei. b) Den. arg. XXXV. Ladislai *Posthumi*. a) Aurei. b) Den. arg. XXXVI. Matthiae *Corvini*. a) Aurei cum effigie Mariana, et S. Ladislai. b) Aurei sine icone Mariana, cum Scuto, et effigie S. Ladislai. c) Grossi arg. d) Denarii arg. cum icone Mariana, albi. e)

Denarii sine icone Mariana, ruffescentes, aut nigri. f) Obuli Corviniani. g) Numi duo anepigraphi, arg. et aereus.

SERIES VIII.

Monetae, et Numismata Saeculi XVI.

XXXVII. Wladislai II. a) Aurei sine anni nota. b) Aurei cum anno cusionis, praecedente Numismate duodecim aureos simplices appendente. c) Monetae argenteae. Numismata magni moduli. d) Minor moneta argentea. Grossi, denarii, obuli. XXXVIII. Ludovici II. A) Numismata mnemonica a) Ob coronationem vivo patre factam. b) In memoriam simul coronationis, simul praematuri obitus. c) Numi equestres. d) Numisma Ludovici, et Mariae Reginae nominibus, et armis insignitum. e) In memoriam cladis Mohacsianae. B) Monetae currentes: a) Aurei. b) Grossi, et Denarii arg. c) Numus aereus ex genere incertorum. XXXIX. Joannis *de Zapolya.* a) Aurei. b) Grossi, ac Den. arg.

CLASSIS III.

Numismata, et Monetae Periodi Tertiae, seu Regum Stirpis Austriacae, hisque sanguine, aut alia necessitudine junctorum.

SERIES IX.

Numismata, et monetae Saeculi XVI. continuati.

XXXIX. Ferdinandi I. A) Numismata varii argumenti ex auro, arg. et aere. a) Iconica

ejusdem, et Annae Conjugis. b) Numi a provinciis haereditariis eidem oblati, dum earum possessionem adiret. c) Alii ad historiam belli Turcici, et primae obsidionis Viennensis facientes. d) Equestria Ferdinandi I. Numismata. e) Aliud iconicum ejusdem cum filio Maximiliano. f) Aliud Symbolicum, in quo Danubius. B) Monetae usuales: a) Aurei communes. b) Thaleri, horumque partes. c) Grossi, Denarii, obuli arg.

XL. Maximiliani II. A) Numismata iconica, et Symbolica, aur. arg. aer. a) Coronationis Hungaricae. b) Idem Numisma restitutum. c) Symbolicus Numus ejusdem qua Archiducis, nondum Regis. d) Alii ejusdem jam Imperatoris, ac Regis. B) Ejusdem Monetae usuales aur. et arg. a) Aurei simplices. b) Thaleri arg. integri, ac medii. c) Grossi, denarii, obuli arg. d) Numus aereus.

XLI. Rudolphi II. Numismata historica ex auro, arg. et aere. a) Coronationis Hungaricae. b) Victoriarum de Turcis. c) Numi Eidem dicati occasione Comitiorum Germaniae, aliisque temporibus. B) Monetae currentes: a) Aurei simplices, et unus quintuplus. b) Thaleri arg. horumque semisses, et quadrantes. c) Minor moneta argent. Grossus. Denarii.

SERIES X.

Numi Regum Hungariae Saeculi XVII.

XLII. Matthiae II. A) Numismata mnemonica Aur. et Arg. a) Coronationis Hungaricae, intermixtis Numis Symbolicis. b) Ob connubium cum Anna Austriaca. c) Ob captum Strigonium. d) Coronationis Bohemicae. e) Coronationis Germanicae. f) Ob congressum Norimbergensem Electorum Imperii ad faciendam electionem, et ob solemnem Matthiae II. cum Anna Conjuge ingressum ad Comitia Ratisbonensia. B) Monetae currentes. a) Aurei simplices, et duplus. b) Thaleri arg. integri, et horum partes. c) Grossi, ac Denarii arg.

XLIII. Ferdinandi II. A) Numismata historica, et Symbolica, ex auro, et arg. a) Coronationis in Regem Hungariae. b) Coronationis Francofurtensis in Regem Rom. c) Numismata Ferdinando II. et Eleonorae Mantuanae, post nuptias Oeniponti celebratas, in reditu per Carinthiam a Civitate Sancti Viti oblata, Aureum, et argenteum maximi moduli. d) Ob solemnem utriusque ingressum ad Comitia Ratisbonensia. e) Numus mnemonicus victoriae de Friderico Palatino Rheni ad Pragam in Monte albo relatae, simulque Templi ac Monasterii sub titulo Sanctae Mariae de Victoria ibidem fundati. f) Alii duo Numi a Civitate Viennensi Ferdinando II. et Eleono-

rae Augustae dicati. B) Monetae usuales aur. et arg. a) Aurei vario pondere, decupli, quintupli, dupli, simplices. b) Thaleri arg. horumque Semisses, et quadrantes. c) Grossus novem denariorum; Denarii, et obuli arg.

XLIV. Ferdinandi III. A) Numismata iconica; symbolica, historica Aur. arg. aer. a) Coronationum, Hungaricae, Bohemicae, Germanicae. b) Numismata iconica Ferdinandi III. qua Regis junioris, modo cum patre Ferdinando II. et Eleonora Augusta, modo solius, vel cum patre tantum. c) Numismata ejusdem jam Imperatoriam dignitatem adepti. d) Aliud Numisma eidem a montanis Hungariae civitatibus oblatum. e) Numismata historica Pacis Westphalicae, sub Ferdinando III. confectae. f) Numi, quibus Executio Pacis Westphalicae celebratur. g) Accedit Numus inauguralis Gymnasii Posoniensis Protestantium Augustanae Confessionis. B) Monetae usuales aur. arg. aer. a) Aurei decupli, dupli, simplices. b) Thaleri arg. horumque partes. c) Grossi tricrucigeri, Denarius octuplus, et numulus aereus.

XLV. Ferdinandi IV. Coronationum tantum aurei, et argentei. Monetae nullae. a) Coronationis Hungaricae. b) Bohemicae. c) Germanicae.

XLVI. Leopoldi Magni. A) Memoriales varii generis ex auro, argento, aere. a) Homagii



Viennensis, et Coronationum Hung. Boh. Germ. b) Sequuntur Numi occasione bellorum signati. c) In memoriam Viennae ab obsidione Turcica iterum liberatae. d) Ob recuperatum Strigonium. e) Numisma Confoederationis inter Imp. Leopoldum I. Joannem II. Poloniae Regem, et Rempublicam Venetam initae. f) Aliud ejusdem Confoederationis, accessione Innocentii XI. Pontificis Romani auctae, firmataeque. g) Numi victoriarum anno 1685. de Turcis relatarum, Strigonio liberato, Érsek-Ujvarino, pluribusque aliis Hungariae urbibus recuperatis. h) De Buda anno 1686. recepta. i) Ob renovatum anno 1687. adversus Turcas foedus, et propter subsecutas eodem anno victorias. k) Ob victorias anno 1688. relatas, urbibus receptis Alba regali, et Belgrado. l) Ob caesos anno 1689. ad Widinum, et Nissam Turcas. m) Ob receptam anno 1690. Canisam. n) Ob victoriam anno 1691. ad Szalankemen de Turcis partam Duce Ludovico Wilhelmo Badensi Marchione. o) Ob Waradinum 1692. recuperatum. p) Ob liberatum obsidione Turcica Petrovaradinum 1694. q) Numus Friderici Augusti Saxoniae Ducis, de prima ejusdem Expeditione Hungarica contra Turcas anno 1695. suscepta. r) Ob victorias anno 1697. Duce Eugenio Sabaudiae Principe ad Tibiscum, et Zentam reportatas. s) De Pace Carlovicensi anno 1699. facta. t) Numismata

Saecularia anni 1700. u) De Pace universali, et novo Calendario a Protestantibus Germaniae recepto ad eundem annum 1700. x) Numismata iconica arg. maximi moduli, Eleonorae Augustae, huiusque filiorum ex Leopoldo M. susceptorum. y) Numismata genealogica, in honorem Domus Palatinae Neoburgicae, et Augustae Domus Austriacae anno 1697. signata, et Leopoldo M. hujusque Conjugi Eleonorae Neoburgicae oblata. z) Numi exequiales Leopoldi Magni, et Eleonorae Augustae. aa) His accedunt aliquot Numi exteri, et binae Cruces, ob victorias a Confoederatis Leopoldi M. anno 1686. et sequente relatas. B) Sequuntur Monetae currentes: a) Aurei variae magnitudinis; Decupli, quintupli, tripli, dupli, simplices, nec non simplicium quadrantes, ac Sextulae. b) Thaleri arg. inter quos et duplus. c) Semisses Thalerorum, vulgo Florenarii arg. d) Quadrantes solidorum Thalerorum, seu medii flor. arg. e) Mariani Leopoldini, seu Grossi lati primum 15 crucigerorum, postea ad 16. ac postremo ad 17. cruciferos elevati. f) Grossi Senarii, serius dicti septenarii. g) Grossi minores arg. valore 3 cruciferorum. h) Exempla Polturae, et Denarii, nec non cruciferi Leopoldini. i) Exempla denariorum, et obulorum Hungaricorum ejusdem temporis. k) Monetae cupreae pro Montanis civitatibus. l) Numus aereus obsidionis

Eperiessinensis. m) Monetae Cupreae ex Necessitate, oppositae Rakoczianis pro Libertate. n) Aliae similes monetae cupreae.

SERIES XI.

Numismata, et Monetae Saeculi XVIII.

XLVII. Josephi I. A) Numismata mnemonica. a) Coronationis in Regem Hung. b) Coronationis Eleonorae in Imperatricem, et Josephi I. in Regem Romanorum. c) Alia Numismata ob eandem Josephi I. coronationem. d) Ob connubium cum Amalia Lunaeburgica. e) Ob nativitatem Leopoldi Archiducis ex hoc Conjugio, anno 1700. f) Ob receptam Landaviam 1702. g) Ob Insulam Flandriae urbem Gallis ereptam 1708. h) Tornaco recepto, et pacis negotio inchoato 1709. i) Pace inita cum Pontifice Romano 1710. k) Numi exequiales. B) Monetae ejusdem usuales, aureae, argenteae, et nonnullae cupreae obsidionales. a) Aurei simplices. Simplicis una Sextula. Pars item duodecima aurei simplicis. b) Moneta argentea: Thaleri integri, ac medii. c) Grossi tricruciferi, et polturae. d) Monetae cupreae pro, et in Necessitate Varadiensi.

XLVIII. Caroli VI. A) Numi historici serie chronologica ab anno 1707. ad 1740. a) Ob Elisabethae Brunsvicensis, Carolo VI. desponsae conversionem ad Fidem Catholicam,

et ejusdem profectionem in Hispaniam. 1707. b) Ob Caroli VI. reditum ex Hispania, ejusque coronationem in Germania. 1711. c) Numismata Coronationis Hungaricae, 1712. peractae. d) Numismata praestiti Carolo VI. sacramenti fidelitatis ab Archiducatu Austriae eodem anno 1712. e) Ob restituta eodem anno Solemnia Ordinis Equitum aurei velleris. f) Numisma votivum Vindobonae in adventu Elisabethae Augustae 1713. g) Numi coronationis Elisabethae in Reginam Hungariae 1714. h) De Pace Rastadiensi anno 1714. facta. i) Numismata iconica, et Symbolica Caroli VI. et Elisabethae Augg. k) Numi positorum primorum lapidum sub Columnis votivis Medlingensi, Badensi, et Viennensi ad Mariae auxiliatricis, anno 1714. et 1715. signati. l) In memoriam positae a fundamentis Basilicae S. Caroli Boromaei ex voto, tempore pestis nuncupato. 1716. m) Numi genethliaci ob natum Archiducem Leopoldum 1716. n) Ob victoriam eodem anno ad Savum de Turcis relatam. o) Ob recuperatum Temesvarinum eodem anno 1716. p) Ob captum Belgradum 1717. q) In honorem Principis Eugenii ob expugnatum Belgradum. r) Numisma continens querelas de bello Gallico, in favorem Turcarum exorto. s) In memoriam primorum regiminis Caroli VI. Quinquennalium, Viennae celebratorum 1717. t) Ob Inducias, pacem-

que Passarovitiensem Turcis datam Anno 1718. u) Ob victoriam navalem ope Britanniae foederatae relatam, ac Siciliam receptam eodem anno 1718. x) Ob erectum Antiquitatum, et Rei Numariae Museum, sine anni nota. y) Numi anno 1719. signati; prior ob Connubium Josephae Archiducis cum Friderico Saxoniae Electore; alter ob restaurationem Monasterii Gottvicensis. z) Ob receptam utramque Siciliam anno 1720. aa) Ob sanctionem pragmaticam de Successione filiae suae factam. 1720. bb) Ob Caroli VI. et Elisabethae Augg. coronationem Pragensem anno 1723. qui fuit conditae Pragae Millesimus, peractam. cc) Ob spem nascituri Archiducis, comperta graviditate Augustae eodem anno 1723. dd) Alii Numi ob nativitatem filiae signati. 1724. ee) In memoriam pacis, et foederis cum Hispania initi 1725. ff) Numisma Saeculare Societatis ferrariae dicatum Carolo VI. Aug. 1725. gg) Occasione restauratae Auri fodinae in Bohemia 1727. hh) Ob restitutam Viennae Columnam marmoream B. M. Virginis sancto Josepho desponsatae, eodem loco ubi prius lignea stetit. ii) De Pace Viennae conclusa 1731. kk) Ob restitutam Fundationem Josephinam, erectamque Lignicensem Academiam Nobilium, primo aedium lapide posito, anno 1735. ll) Ob victoriam de Gallis ad Mosellam, subsecutasque inducias eodem anno

1735. mm) Numus anni 1736. conservans memoriam eluvionis, et famis in Silesia nn) Ob stabilitam cum Gallis pacem 1737. oo) In honorem SS. Georgii, et Joannis Nepomucenii Martyrum Numisma maximi moduli argenteum anno 1738. signatum. pp) Numi funebres Caroli VI. anno 1740. qq) Numi iconici Elisabethae Aug. Viduae post Caroli VI. obitum. B) Monetae currentes Caroli VI. a) Aurei decupli, et simplices: item sextulae aureorum simplicium. b) Thaleri, horumque partes. c) Grossi, polturae, denarii arg. d) Moneta cuprea militaris pro Xenodochio Pestinensi.

XLIX. Mariae Theresiae. A) Memoriales serie chronologica, aurei, arg. aer. a) Nativitatis M. Theresiae 1717. b) Connubii ejusdem cum Francisco Lotharingiae Duce 1736. c) M. Theresiae et Francisci adventus Florentiam 1739. d) Praestitum eidem homagium Viennae 1740. e) Corregens M. Theresiae declaratus Franciscus. f) Nativitas Josephi II. Archiducis 1741. g) M. Theresiae Coronatio Posoniensis eod. ann. 1741. h) De pace Wratislaviensi 1742. i) Ob coronationem Pragensem 1743. k) Titulus Imperatricis Romanorum non rite datus M. Theresiae in Numo jam ann. 1743. signato, ob felices armorum progressus. l) Sequuntur numismata anni 1744. de Connubio M. Annae Austriacae cum Carolo Lotharingo. Item de Praga per Borussiae Re-

gem capta, et eodem anno per Carolum Lotharingum recepta. m) De pace anno 1745. cum Electore Bavariae facta, et subsecuta Francisci I. electione, et coronatione in Regem Romanorum, et Imperatorem. n) Numisma primi lapidis anno 1745. positi sub fundamento Templi S. Elisabethae Lincii in Austria superiore. o) Numismata iconica Francisci I. et M. Theresiae Aug. sine anni nota. p) Ob nativitatem Archiducis M. Amaliae 1746. q) Ob erectum Viennae Collegium Theresianum anno 1746. r) ob nativitatem Leopoldi II. anno 1747. s) Ob instauratum Viennae Monasterium Minoritarum anno 1748. t) Ob instauratas metallorum fodinas, et constituta studiis rei metallicae, et artis monetariae praemia. u) In memoriam Jubilaei anno 1750. celebrati. x) Ob Xenodochium militare Viennae fundatum anno 1750. et erectum 1751. y) Numisma primi lapidis positi pro Templo Elisabethinarum Brunensium, sanctis tribus Magis dicato 1751. z) De Patriarchatu Aquilejensi pacis causa in Metropoles Goricensem, et Vdinensem mutato 1751. aa) De adventu Imp. Francisci I. in fodinas Hung. inferioris. 1751. bb) Ob fundatam Neostadii Academiam militarem. 1752. cc) Numisma dicatum Archiduci Josepho, dum legionem equestrem hungaricam, sibi ab Augusta matre collatam, capesseret. 1752. dd) Numi praesente M. Theresia Aug.

procusi in nova domo monetaria Viennensi, anno 1753. et 1754. ee) Numisma fundatarum Pragae illustrium Virginum. 1754. ff) Ob novas Academiae Viennensis aedes positas. 1756. gg) Numi Symbolici Archiducum Josephi, Caroli, Leopoldi, Ferdinandi, Maximiliani, filiorum M. Theresiae Aug. sine anni nota. hh) Ob institutum Ordinem militarem Theresianum. 1757. ii) Ob victos ad Colinum Borussos, Pragamque obsidione liberatam. 1757. kk) De Olomucio liberato, caesisque ad Hochkirchen Borussis. 1758. ll) Ob Dresdam receptam, et Borussos ad Maxen victos. 1759. mm) Victis ad Landshut Borussis, et Glacio recepto. 1760. nn) Ob connubium Josephi Archiducis cum Isabella Bourbonia. 1760. oo) De obitu Archiducis Caroli. 1761. pp) De Schweidnicio capto. 1761. qq) Numisma funebre Joannae Gabrielae Archid. 1762. rr) Ob finem impositum bello Septennali Borussico 1762. Conclusamque Pacem Hubertoburgensem. 1763. ss) Numi exequiales Elisabethae Bourboniae, Conjugis primae Josephi II. 1763. tt) Numi electionis, et coronationis Josephi Archiducis in Regem Romanorum. 1764. uu) Ob restituta solennia Ordinis Equitum s. Stephani Regis. xx) De Adventu Josephi II. cum fratre suo Leopoldo in Fodinas Hung. 1764. yy) Numisma ab iisdem Cremnicii cusum, Augustisque Parentibus dicatum. zz) Prae-

mium studio Agriculturae constitutum. 1765. a 3) Numisma ab Academia bonarum artium M. Theresiae Augustae dedicatum. b 3) Ob alterum Josephi II. connubium cum Josepha Bavara. 1765. c 3) Ob adventum Augustorum Oenipontum ad nuptias Leopoldi eod. ann. d 3) Nuptiae Leopoldi Archid. cum Ludovica Hisp. eod. ann. e 3) Obitus Francisci I. Aug. ibidem eod. ann. f 3) Ob Collegium Nobilium Virginum Oeniponti a M. Theresia institutum in memoriam defuncti Conjugis eod. ann. g 3) De cuniculo pro domandis aquis subterraneis sub monte Schemnicensi effoso labore annorum octodecim. 1765. h 3) Numisma inaugurale M. Annae Archid. in Pragensi Virginum nobilium Collegio primae Antistitis. 1766. i 3) Numi nuptiales M. Christinae Archid. cum Alberto Saxoniae Duce eod. anno. k 3) Numi Sotérici ob restitutam Augustae valetudinem depulsis morbillis. 1767. l 3) Numisma primi lapidis positi pro Templo S. Crucis in novo pago Theresienfeld. 1767. m 3) Numismata Archiducis M. Josephae Ferdinando IV. Regi Neapolitano desponsae, sed ante abitum mortuae ann. 1767. n 3) Connubium Archid. M. Carolinae cum Ferdinando IV. Rege Neapolit. 1768. o 3) Numisma primi lapidis positi pro Strigoniensi Templo S. Stephani. p 3) Numisma iconicum M. Theresiae Viduae. hujusque filii Josephi II. qua Corregentis ac

Haeredis. q3) Ob restitutos de insertis variolis Archiduces. r3) Numus Archiducum Ferdinandi, et Maximiliani ope machinae recentius inventae procusus 1768. s3) Connubium Amaliae Archid. cum Ferdinando Parmensi. 1769. t3) Italia ab Josepho II. perlustrata, et ejusdem cum Leopoldo fratre Romam adventus. 1769. u3) Portus Tergestinus reparatus eod. ann. x3) Numus iconicus M. Theresiae cum filio suo Josepho II. Aug. 1769. y3) De obitu Theresiae Josephi II. filiae unicae. 1770. z3) Ob Connubium M. Antoniae Archid. cum Ludovico Franciae Delphino. 1770. a4) Ejusdem adventus Günzburgum, occurrente Carolina Lotharingiae Principe, eod. anno. b4) Leopoldi Magni Ducis Hetruriae cum sua Conjuge, et Caroli Lotharingi cum Sorore sua Viennam adventus eod. anno. c4) Numismata Electionis Maximiliani Archiducis in Coadjutorem Magistri Ordinis Teutonici. eod. ann. d4) Numus a Petro Leopoldo, hujusque Conjuge cusus in Domo Monetaria Viennensi eod. ann. e4) Numisma primi lapidis positi pro Viennensi Templo sanctorum quatuordecim Auxiliatorum. eod. ann. f4) Ob Adventum Regis Borussiae ad Castra Caesarea Neostadii in Moravia. eod. ann. g4) Reliqua anni 1770. Numismata continent memoriam beneficiorum Provinciis Italiae a M. Theresia Augusta praestitorum. h4) Nu-

misma primi lapidis pro templo S. Josephi Viennae in Sonnenhoff positi. 1771. i4) Ob Dexteram S. Stephani Regis recuperatam. 1771. k4) Vettenhusanis data annona tempore famis. 1771. l4) Connubium Archiducis Ferdinandi cum Beatrice Estensi. eod. ann. m4) Archidux Ferdinandus Gubernator Longobardiae Austriacae renunciatus. eod. ann. n4) Athenaeum Ticinense auctum. 1722. o4) Academia Mantuana aucta. eod. ann. p4) Conditum Mediolani Tabularium publicum 1773. q4) Castilio, Medulinum, et Sulpherinum, ad obsequium Mantuae revocatum. 1773. r4) Galicia, et Lodomeria recepta. eod. ann. s4) Numisma primi lapidis positi Brixinae pro Templo B. Josephi in Collegio Virginum Anglicanarum. eod. ann. t4) Obitus Carolinae Lotharingicae. eod. ann. u4) Artis Obstetriciae Schola Mediolani, et Mantuae fundata. 1774. x4) Humanitatis studia instaurata. eod. ann. y4) Numisma Academiae Bruxellensis. s. a. z4) Nativitas Archid. Ferdinandi Mediolani. 1775. a5) Hortus Botanicus Mediolani ac Ticini. eod. ann. b5) Ob curam publicam Studiorum humanitatis. 1776. c5) Iteratus Magni Ducis Hetruriae Leopoldi cum sua Conjuge Viennam adventus. 1776. d5) Studia in Belgio Austriaco instaurata. 1777. e5) Ob adventum Archid. Maximiliani in fodinas Hung. eod. anno. f5) Ob Regiam Mediolani

renovatam. 1778. g5) Ob Officinam Monetariam ibidem restitutam. eod. ann. h5) Bruxellae auctae, et ornatae. eod. ann. i5) Numisma templi in agro italico mensulae majoris, quod is ab inundatione Padi illaesus manserit, aedificati. k5) Pax Teschinensis cum Borussis. 1779. l5) Ob depulsum a Belgio morbum epidemicum. 1779. m5) Curia judiciis celebrandis exstructa Bruxellis. 1779. n5) Specula Astronomica Mediolani erecta. eod. ann. o5) Novum Studiorum systema in Hungaria stabilitum. 1780. p5) Inauguratio Regiae Universitatis Budensis, et Academiae nobilium Juvenum. eod. ann. q5) Obitus Caroli Lotharingici, Gubernatoris Belgii. 1780. r5) Maximilianus Archidux in Coadjutorem Electoris Coloniensis eod. anno electus. s5) Obitus M. Theresiae Augustae 1780. B) Monetae ejusdem currentes. a) Aurei variae magnitudinis: Duodecuplus, Sextuplus, Quintuplus, dupli, simplices, Cremnicenses, Nagybanyienses. (Transilvanici in Parte Altera hujus Catalogi describuntur.) b) Thaleri integri. c) Semisses Thalerorum, seu Floreni arg. d) Quadrantes Thalerorum, seu Medii fl. arg. e) Moneta minor argentea. Variae Grossorum species. Vicenarii. f) Mariani. g) Decenarii, et Septenarii. h) Grossi trium crucigerorum. i) Polturae arg. k) Cruciferi arg. l) Denarii arg. m) Moneta Cuprea: Polturae, cruciferi cet.


L. JOSEPHI II. A) Numismata mnemonica. a) Numi symbolici sine anno, aurei, et arg. b) Josephi II. successio haereditaria in Belgio agnita. 1780. c) Ejusdem in Belgium adventus, et homagium Eidem praestitum. 1781. d) Libertas Religionis ab Josepho II. Protestantibus, et Judaeis data. eod. anno. e) Alii Numi ob Tolerantiam Religionum Josepho II. Aug. dicati. 1782. f) Magnus Russorum Dux Paulus, hujusque Conjux hospites Josephi II. Vindobonae 1781. et 1782. g) Pius VI. P. M. Ejusdem hospes Viennae 1782. h) Conventus Ordinum perpetuus in Galicia, et Lodomerica constitutus eod. ann. i) Emporiis Belgicis celebritas restituta eod. ann. k) Portus Ostendanus ampliatus. 1783. l) Decretum anni 1784. ne mortui sepeliantur intra urbes. m) Institutum Pauperum juvandorum Vindobonae introductum. 1784. n) Academia Leopoli instituta. eod. ann. o) Praemium bene merentibus de Arte Medico-chirurgica constitutum. 1785. p) Piscatio maritima in Belgio promota. eod. ann. q) Seminarium generale Cleri junioris Lovanii erectum. 1786. r) Principes Christina, et Albertus civitate Brabantiae donati. eod. ann. s) Academia Artium Viennae novis Institutis aucta. eod. ann. t) Numisma, quo Academia Artium Vindobonensis merentes praemiare solet. s. a. u) Dicasteria Gubernii Belgici reformata. 1787. x) Studium generale in Bel-

gio instauratum. 1788. y) Turcae victi: Belgradum recuperatum. 1789. z) Obitus Josephi II. 1790. B) Monetae currentes. a) Aurei dupli, et simplices. b) Thaleri. c) Flor. arg. d) Decenarii arg. e) Grossi tricrucigeri arg. f) Exempla aliquot monetae cupreae.

LI. Leopoldi II. A) Memoriales. a) Praestitum Viennae homagium 1790. b) Item Oeniponti eod. ann. c) Electio, et Coronatio Francofurtensis eod. ann. d) Coronatio Posoniensis eod. ann. e) Adventus Ferdinandi IV. Regis Neapolitani cum Carolina Regina Posonium ad Coronationem Leopoldi II. eod. ann. f) Ob factam cum Turcis pacem Sistoviensem. 1790. g) Praestitum a Belgio fidelitatis juramentum. 1791. h) Vota suscepta pro fausto reditu Regis Neapolitani cum sua Conjuge, 1791. i) Transactio Pilnizii facta eod. ann. k) Coronatio Bohemica Leopoldi II. et Ludovicae Augg. eod. ann. B) Monetae currentes. a) Aurei, quadruplus, et simplices. b) Thaleri arg. c) Flor. arg. d) Vicenarii, ac Decenarii arg. e) Grossi tricruciferi arg.

LII. Francisci II. A) Memoriales, a) Nativitas hujus Principis 1768. b) M. Theresiae, Francisco II. postea nuptae, Nativitas 1772. c) Primum Francisci Connubium cum Elisabetha Würtembergica. 1788. d) Homagium Eidem praestitum Viennae 1792. e) Ejusdem Coronatio Budensis eod. ann. f) Reginae Coronatio ibidem eod. ann. g) Homagium a

Belgis praestitum eod. ann. h) Coronatio Francofurtensis. i) Pragensis eodem anno 9. Augusti. k) Reginae-coronatio Pragensis 11. Aug. l) Foedus Borussicum eod. anno 1792. m) Nativitas Ferdinandi Archiducis Coronae Principis. 1793. n) Galiciae Secundae homagium 1796. o) Numisma Academiae Artium Vindob. merentibus dari solitum. s. a. p) Aliud ob defensam patriam Tyrolensibus datum 1796. q) Austriacis ob defensam patriam. 1797. r) Iterum Tyrolensibus ob defensam patriam. 1797. s) Pax coepta Vtini, terminata in Campo Formido 1797. t) In honorem Caroli Archiducis ob victos, fugatosque in Italia Gallos anno 1798. et 1799. u) Aliud Numisma ob victos, fugatosque in Italia Gallos juvantibus Russis anno 1799. x) Ob Austriam haereditarii Imperii dignitate ornatam. 1804. B) Monetae currentes. a) Aurei. Quadruplus, et simplices. b) Thaleri argentei communes. c) Thalerus obsidionalis pro Luxemburgo. 1795. subaeratus. d) Thalerus argenteus anni 1805. cum titulo haereditarii Austriae Imperatoris. e) Flor. arg. f) Vicenarii, et Decenarii arg. g) Monetae provinciales temporariae ex argento impuro; Grossus videlicet alius 24. alius 12 cruciferorum. h) Septenarius paullo melioris argenti. i) Lyra Veneta anni 1800. k) Grossi tricruciferi. l) Moneta aerea Exercitus Caesareo-Regii in Polonia 1794. m) Aliae Monetae aereae, annorum 1799. et 1800. n) Aliae anni 1807. supplentes parvas schedas bancales Viennenses cruciferorum partim 30, partim 15.



PARS I.

NVMI HVNGARIAE

in Classes ac Series chronologicas distributi.

CLASSIS I.

Numi Periodi primae, seu Regum Stirpis Arpadianae ab Anno Chr. M. ad MCCCI.

Denarii tantum, obuli, ac hemiobuli argentei, inter quos et bracteati, paucique numi aenei.

SERIES I.

Monetae Saeculi XI.

I.

S. Stephani, primi Hungariae Regis, ab A. C. 1000. ad 1038.

Denarii ex argento puro, varii ponderis. Rari.

1. † Stephanvs rex. *antiquo charactere monastico.* Crux linearis, circulum granulatum

dividens in quatuor areolas, in quibus totidem occurrunt triangula.

† REGIA CIVITAS. Idem Crucis et 4. triangulorum typus, sed in circulo simplici, non granulato. *Appendit* 14. *grana probi argenti, ad pondus Ducati. Tab. I. N.* 1.

2. Alius similis, diversi tamen cunei spectato charactere R, Crucisque figura in parte aversa, cujus una linea paullo solidior, ultra circulum producta jungitur literae T. *Pond.* 13. *gr. ibidem N.* 2.

3. In alio simili † ꝏ TEPHANV.˙ *sic.* reliqua ut N. 1. *Pond.* 12. *gr. ibid. N.* 3.

4. Alius primo similis *pond.* 14. *gr. proxime. ibid. N.* 4.

5. In alio simili circa Crucem, in circulo Anticae partis positam, triangula tantum tria, et litera N. *Pond.* 12. *gr. prox. ibid. N.* 5.

6. In alio typus Aversae aberrat a medio. *Pond.* 12. *gr. prox. ibidem N.* 6.

7. Alius similis circumcisus *pond.* 11. *gr. ibid. N.* 7.

8. In Aversa CIVIT postremis elementis AS non apparentibus. *Pond.* 13. *gr. prox. ibid N.* 8.

9. In Anticae circulo granulato triangulis concinnius locatis Crux apparet stellata. *Pond.* 12. *gr. ibid. N.* 9.

10. In Aversae circulo tria tantum triangula conspicua, quarto detrito. *Pond.* 11. *gr. ibid. N.* 10.

11. et 12. Alii duo, in Tabula nón delineati, primo tamen similes, quorum unus *pond.* 12. *gr. alter perforatus* 9. *grana.*

In omnibus fere his Numis crucula inscriptioni praefixa videtur Cruci in circulo descriptae insistere. Hujus vero inscriptionis ac typi denarios esse reapse primi Hungariae Regis divi Stephani, consentiunt *Matthias Belius* de vet. Lit. Hunno-Scyth. Sect. 3. §. 8. Godefr. *Schwarz* de Numo Samuelis Abae. §. 18. Steph. *Katona* Hist. Pragm. Hung. P. I. Dissert. X. §. 2. *Schönwisner* Notit. Hung. Rei Num. p. 89. et seqq. aliique.

II.

PETRI Regis ab A. C. 1038. ad 1041. et 1044. ad 1046.

Denarii arg. R.

1. † PETRVS REX. *charactere ad Romanum accedente.* Circulus granulatus, in quo Crux linearis, et 4. triang.

† PANNONIA. Idem typus in circulo simplici. *Pond.* 12. *grana Tab. I. Petr. N.* 1.

2. Alius similis, diversi tamen cunei, nonnullisque literis non integris, et in Aversa duobus solummodo triangulis conspicuis. *Pond.* 12. *gr. ibidem N.* 2.

3. † IEETRVS REX. *Sic.* reliqua ut N. 1. *Pond.* 12. *gr. ibid. N.* 3.

In his Denariis Crucula inscriptioni praefixa non jungitur stipiti Crucis circulo inscriptae, sed stat libera.

III.

SAMUELIS vulgo *Abae* ab A. C. 1041. ad 1044.

Denarii arg. R.

1. † REX SAMUHEL. Crux, et 4. triangula, in circulo granulato.

† PANONEIA. *Sic.* Crux cum totidem triangulis in circulo simplici. *Pond.* 13. *gr.* *Tab. I. Sam. N.* 1.

2. Alius similis, sed in Aversa est † PANONETA mendo Incisoris. *Pond.* 14. *gr. prox. ibidem N.* 2.

3. In alio simili correctius iterum † PANONEIA. *Pond.* 14. *gr. prox. ibid. N.* 3.

4. † REX SAMVH. detrito EL. reliqua, ut N. 1. Pond. 14. gr. prox. *ibidem N.* 4.

Errorem Mich. Christ. *Hanovii*, qui in Specimine publico Gedani anno 1749. Denarium hujus inscriptionis, ac typi ad *Samuhelem* non Hungarum, sed Bulgarum retulerat, dedocuit Godofredus *Schwarz* edito Commentariolo huius tituli: „*Samuel* Rex Hungariae, qui vulgo *Aba* „audit, ex historico, et simul numario monu„mento tam nomini, quam populo suo resti„tutus" cet. Lemgoviae 1761. in 4.

IV.

ANDREAE I. ab A. C. 1046 ad 1060.

Denarii arg. duplicis generis. R.

1. † REX ANDREAS. Circulus, corollae instar, granulatus, in quo Crux, et 4. triangula.

† REGIA

† REGIA CIVITAS. Crux, et 4. triang. in circulo simplici. *Pond.* 11, *gr. prox. Tab. I Andr. I. N.* 1.

2. Alius similis *pond.* 12. *gr. prox. ibidem N.* 2.

Inscriptio partis Aversae, et forma literarum; typusque, ut supra in denariis *S. Stephani.*

3. † REX (*literis corruptis*) ANDREAS. Peripheria fasciata, lemniscata, in medio autem circuli granulati est alius circellus, à quo radii divergentes effingunt speciem quamdam crucis. Quatuor puncta supplent loca triangulorum.

† PANONIA. Circulus, in quo est Crux habens annulum in medio, et ad 4. angulos totidem triangula. Typus a medio aberrat. *Pond.* 7. *gr. ibidem N.* 3.

4. † REX ANDREAS. Crux latis brachiis aequilatera, in medio habens annulum. Limbus Numi fasciatus, lemniscatus.

† PANONEIA. Crux habens annulum in medio, et circa se 4. triangula, in circulo. *Pond.* 7. *grana argenti minus puri; ibidem N.* 4.

V.

Belae I. ab A. C. 1060 ad 1063.

Den. arg. RR.

1. † BELA REX. Circulus, corollae instar, granulatus, in quo Crux, et pro solitis 4. triangulis alia quaedam signa velut temere facta.

† PANNONIA. *literis prima, et postrema non integris ob typum a medio aberrantem.* Crux, et 4. triang. in Circulo. *Pond.* 8. *gr. prox. Tab. I. Bel. I. N.* 1.

Hujus Numi meminit *Notitia Rei Num. Hung.* p. 104. post alios ejusdem Regis Numos BELA DVX inscriptos.

VI.

Salomonis ab A. C. 1063 ad 1074.

Denarii arg. primi inter hungaricos cum figura Regis. R.

1. † REX ∽ALOMONIS. *scriptura lectu difficillima.* Caput coronatum rudissimi operis, inter duas cruces oblongas, quarum altera ob stipitem inferiorem nonnihil inflexum gladio similis apparet. Infra caput duae lineae ad sese inclinatae, supplentes collum, et pectus.

Aversae typus a medio aberrat. Inscriptio est: PAIIONI --- Crux et 4. trinangula in circulo. *Pond.* 10. *gr. Tab. I. Salom. N.* 1.

2. † REX SALOMONI. Circulus granulatus, in quo Protome Regis coronati, paludati, d. elevata, et expansa, s. pectori admota sceptrum crucigerum tenentis. In area utrinque triangulum exiguum.

Pars aversa solam habet inscriptionem † PANONIA in tres lineas distributam, nullo praeterea typo, vel ornatu. *Pond.* 10. *gr. prox. ibidem N.* 2.

3. † SALOMONI RE. *literis informibus.* Rex adversa fronte stans, coronatus, paludatus, manibus elevatis, et expansis. In area ad utrumque latus crucula.

† PANNONENI. *sic. litera P jacente, et A inverso.* Crux consueta cum 4. triangulis, in circulo. *Pond.* 11. *gr. prox. ibidem N.* 3.

4. Alius praecedenti similis, sed ad utrumque Regis latus duo globuli. *Pond.* 10. *gr. ibidem N.* 4.

VII.

GEYSAE I. ab A. C. 1074 ad 1077.

Den. arg. parvus, seu obulus. RRR.

1. † GEVSA REX. Circulus, in quo Crux, tres annuli, et una lineola.

PANONAI *sic.* Crux et 4. triang. in Circulo. *Pond.* 7. *gr. Tab. I in fine.*

2. Alius a praecedente diversus, in ead. Tab. delineatus, describetur sub *Geysa II.*

Prior non occurrit in libro *Notit. Rei Num. Hung.* nunc primum editus.

VIII.

S. LADISLAI I. ab A. C. 1077 ad 1095.

Den. arg. ex bracteatorum bilateralium genere. RR.

1. †. LADISLAVS REX. Circulus granulatus, in quo rudissimae fabricae caput, corona, tribus unio-

nibus distincta, ornatum. Peripheriam Numi ambiunt tres circuli, extremo granulato, lemniscato.

† Idem *Ladislai* nomen, sed literis incusis cavisque, et situ contrario. In medio est circulus prominens et alium incusum intersecans consuetamque Crucem, et 4. triangula includens, una cum vestigiis incusis cavisque Capitis ejusdem; quod in adversa parte prominet. *Numus bracteatus cavus, simulque ob superadditum cavitatibus typum alium prostantem bilateralis. Pond.* 13. *grana. Tab. II. N.* 1.

2. † LADISLAVS RE. *sic.* Crux alta, granulata, nodis interstincta, inferiore stipite crassiusculo, vaginae formam prae se ferente, media inter alias duas minores cruces labariformes. In area duo annuli supra, et unus infra conspicui.

† LADESELAV REX, *literis corruptis.* Circulus, in quo Crux, et quatuor triangula, quorum duo quasi ex repetita percussione apparent duplicata. *Pond.* 13. *gr. Tab. II. N.* 2.

3. † LADISLAVS RE. *sic.* Crux alta, nodosa, teres, inter duo parva labara. In area inferiore a dextris crucula, in superiore duo annuli.

In Aversa idem apparet artificium, quod in primo Numo bracteato. Vestigia enim incusa, cavaque tam literarum, quam fere omnium, quae in Antica prominent, figurarum, cum alio superveniente typo, qui Cru-

cem, et 4. triangula solita exhibet, permiscentur, et confunduntur. *Bracteatus bilateralis. pond.* 10. *gr. ibidem N.* 3.

4. LADISLAVS RE. *interjectis huic inscriptioni tribus lunulis.* Circulus granulatus, iu quo tres cruces labariformes.

In parte aversa, vestigiis incusis cavisque partis anticae, superadditus alius typus, a medio multum aberrans, quo et inscriptio nominis Ladislai, sed lacera, et confusa exhibetur, et in medio Crux cum solitis 4. triangulis exprimitur. *Numus bracteatus bilateralis in margine laesus pond.* 10. *gr. ibidem N.* 4.

5. † LADISLAVS REX. Crux uno stipite, ultra circulum granulatum, cui includitur, producto, atque in minorem cruculam inscriptioni praefixam desinente. Ad angulos Crucis triangula tria, et una lunula.

In Aversa sunt rursus vestigia manifesta incusa typi alterius partis, et super his alius typus consuetam Crucem et quatuor triangula exhibens in circulo, cum inscriptione † -- ANONAI. pro *Pannonia. Numus bracteatus bilateralis. Pond.* 11. *gr. ibidem N.* 5.

In tabula erratum est, primum, quod hujus Numi pars aversa praecedat anticam, tum quod situ inverso delineatus fuit, ac demum quod postremum occupat locum, cum sit verisimile, signatum fuisse a sancto *Ladislao* sub initium regni sui, retenta videlicet adhuc inscriptione decessorum suorum PANNONIA, pro qua dein-

ceps in monetis tam illius, quam duorum qui eidem successerunt Regum, adhiberi coepit inscriptio Aversae *Ladislaus*, et compendiosius *Ladlaus Rex*.

SERIES II.

Monetae Saeculi XII.

IX.

Colomani Regis ab A. C. 1095 ad 1115.

Obuli et hemiobuli arg. RR.

1. † CALMAN. Tres cruces labariformes.

† LADLAVS. *scriptura in exiguo hoc numo fere illegibili.* Circulus, in quo Crux, et 4. triangula. *Hemiobolus pond.* 4. *gr. Tab. II. Colom. N.* 1.

2. † CALMN. *sic.* Crux granulata, aequilatera, extremitatibus triangularibus. Circa crucem 4. globuli, et exiguum triangulum.

† LADLAS. *sic.* Crux, et 4. triang. in medio circuli concentrici. *Obolus pond.* 8. *gr. ibidem N.* 2.

3. † CALMAN RE. *intermixtis lunulis, ac triangulis.* Crux circulo granulato superposita, aequilatera, stipitibus in trabeculas parallelipedas desinentibus. In medio circuli aliae quinque trabeculae, et globulus.

† LADLAVS *literis male formatis.* Crux, et 4. triangula in circulo concentrico. *Numulus in margine laesus : pond.* 7. *gr. ibidem N.* 3.

4. † CALMAN RE. Circulus granulatus, in cujus centro globulus, et circa hunc quatuor cruculae.

† LADLAVS-R. In medio circuli, quasi a percussione rupti, Crux ibidem inter rupta, et in 4. areolis totidem triangula. *Pond.* 6. *gr. ibidem N.* 4.

X.

Stephani II. ab Anno Chr. 1115 ad 1131.

Obuli arg. RR.

1. † CEHANVS REX. Circulus granulatus, in quo Crux, et 4. triang.

† LADLAVS RE. *sic.* Idem Crucis, ac Triangulorum typus in minore circulo simplici. *Pond.* 9. *gr. Tab. II. Steph. II. N.* 1.

2. Alius similis, diverso tamen marculo percussus, nam et Crucis in Antica sculptae formam habet concinniorem, et unum Crucis ejusdem brachium ultra circuli peripheriam procurrit, ac in litera R, cujus velut fulcrum est, terminatur. *Pond.* 9. *gr. ibidem N.* 2.

3. † CEHANVS RE. Circulus granulatus, in quo Crux duobus stipitibus ultra peripheriam productis, quorum unus in literam R, alter in cruculam inscriptioni praefixam abit. Ad angulos Crucis 4. triangula, et 2. globuli.

† LADI--VS R. *literis partim incusis, partim exsculptis.* Circulus, in quo solita Crux cum 4. triangulis incusis. *Pond.* 6. *gr. ibidem N.* 3.

Qui has monetas referunt vel ad Geysam I. vel ad Stephanum Tertium, quasi cum patruo suo Ladislao Secundo, sibi reconciliato, regnantem, refelluntur ab Auctore cit. *Notitiae. p.* 122. *seqq.*

XI.

Belae II. *Caeci* ab A. C. 1131 ad 1141.

Obuli, et hemiobuli arg. inter quos bracteati cavi. RR.

1. BELA REX. *Scriptura aegre legibili.* Caput coronatum caelatura rudissima.

Aversae inscriptio nulla: hujus tamen locum occupant lineolae, vario situ in orbem redeuntes, inter duos circulos concentricos, quorum interior consuetam Crucem, et 4. exigua triangula includit. *Pond.* 6. *gr. Tab. II. Belae II. N.* 1.

2. BE:LA. *Sic*: in medio scriptum inter duas lineas horizontales, supra, et infra hoc nomen positas, lilioque ornatas, sparsis per aream sex globulis.

In Aversa Circulus, in quo R̸ id est: *Rex.* Extra circulum vestigia incusa partis anticae. *Pond.* 4. *gr. ibidem N.* 2.

3. BELA REX. Circulus granulatus, in quo caput nudum, triplici vultu praeditum. *Symbolum forte Unitatis in divina Trinitate. Numulus bracteatus cavusque*, eadem omnia exhibens in parte aversa typo incuso, situque contrario. *Pond.* 4. *gr. ibidem N.* 3.

4. R. B. Rex Bela sedens, coronatus, togatus, dextra lateri admota sceptrum liligerum tenens, sinistra extensa, et elevata globum crucigerum. *Numulus bracteatus* in aversa eandem Regis figuram, et easdem literas typo incuso, cavoque, ac situ contrario referens. *Pond.* 4. *gr. ibidem N.* 3.

5. Nullae literae. Crux patriarchalis cum fulcro, cui insistit, formam Crucis triplicatae habens. In area superiore duo globuli, in inferiore totidem rosulae, et ipsum fulcrum quinque globulis ornatum.

Idem typus Aversae incusus, cavusque. *Numulus bracteatus pond.* 4. *gr. ibidem N.* 4.

Complures idgenus numuli bracteati anepigraphi una cum aliis praecedente numero descriptis, in quibus literae R. B. occurrunt, haud ita pridem Pestini eruti sunt, quos proinde ad eundem Regem Belam referre visum est, ut ut forte ob Crucem patriarchalem, quam hodierni Critici primum sub Andrea II. Hierosolymitano pro Insigni Regni Hungariae adhiberi coepisse arbitrantur, potius ad Belae Quarti aetatem pertineant.

XII.

GEISAE II. ab A. C. 1141. ad 1161.

Obul. et hemiob. arg. RR.

1. † GEISA RE. *Sic.* Circulus granulatus, peripheriam numuli ambiens, in quo Crux granulata, aequilatera, recruciata. Ad ejusdem

Crucis angulos quatuor globuli, ac totidem lineolae rectae, quasi latera angulis opposita. In aversa parte duo circuli concentrici, inter quos inscriptionis loco sunt lunulae, et lineolae. In area circuli interioris Crux simplex, aequilatera; et quatuor globuli. *Pond. 7. gr. prox. Tab. I. ad Geys. II.*

2. Nulla inscriptio. Circulus granulatus peripheriam anticae claudit, in quo est Crux granulata, aequilatera, recruciata, ut in praecedente numo. Quatuor angulis ejusdem Crucis opponuntur totidem latera granulata, rhombum efficientia. In area quinque globuli sparsi, extra aream quatuor triangula, in quolibet nempe latere unum affixum.

Pars aversa exhibet quatuor cruculas, et quinque globulos in circulo. *Pond.* 4. *gr. Tab. III. Incert. N.* 6.

Typi similitudo prodit utramque monetam nunc descriptam sub eodem Rege factam fuisse, ut ut altera Regis nomine destituatur.

XIII.

Stephani III. ab A. C. 1161 ad 1173.

Obuli, et hemiobuli. Dubii.

1. REX ST--N-- Caput adversum coronatum.

In aversa parte est figura cujusdam animalis dimidium expressi, plantulam in ore habentis. *Pond. 7. gr. Tab. 2. N. 1.*

2. Circulus granulatus peripheriam numuli ambiens, in quo Sceptrum granulatum inter duas cruculas, lunulis insistentes. In area superiore hinc S prominens, inde aliud S incusum: in inferiore hinc lunula, et exiguum triangulum, inde sola lunula. Circa medium 4. globuli sparsi.

In Aversae medio parvus circulus, in quo Sceptrum inter duo lilia. *Pond.* 4. *gr. Tab. III. Incert. N.* 2.

3. Tria sceptra granulata inter duas cruculas, et sex lunulas, sparsis per aream octo globulis. Margo numuli granulatus.

In medio Aversae parvus circulus, in quo Sceptrum exiguae formae, liliolum, ac tres globuli. *Pond.* 6. *gr. prox. ibidem N.* 5.

Duos hos numulos ex incertis primae Periodi monetis, in Tabula III. delineatis *Stephano III.* attribuere libet, et priorem quidem ob literam S in antica parte conspicuam, posteriorem vero propter similitudinem typi cum praecedente. Certior est, qui sub N. 1. describitur.. Qui autem *Cehani*, et *Ladlai* nomine inscribuntur, non *Tertii*, sed *Secundi Stephani* esse proprios, Auctor cit. *Notitiae* affirmat.

XIV.

LADISLAI II. ab A. C. 1162. per 6 menses tantum.

Hemiobolus arg. Dubius, anepigraphus.

1. In Circulo granulato, peripheriam numuli ambiente, quatuor hemicycli granulati, toti-

dem cruculas includunt, simulque majorem aliam crucem arcuatam effingunt, in cujus medio minor alia crux granulata conspicitur. Inscriptio nulla.

In parte aversa crux insistens jacenti sceptro, duobus quasi clavis affixa, et infra hanc lunula similibus clavis, vel aciculis fixa. *Pond.* 4. *gr. Tab. III. Incert. N.* 7.

XV.

STEPHANI IV. A. C. 1163. per 5 menses tantum.

Hemiobolus arg. *Dubius, anepigraphus.*

1. Circulus fasciatus peripheriam numuli ambit, in quo est Crux parva, granulata, patibulata, circumsitis 4. lunulis, totidem globulis, duabus item aliis cruculis, nonnullisque aliis signis.

Pars aversa continet duos circulos concentricos, inter quos lineolae supplent perigraphen. In area interioris circuli adest consueta crucula cum 4. triangulis. *Pond.* 4. *gr. Tab. III. Incert. N.* 8.

Tam hic, quam praecedens numulus licet omni careat inscriptione, spectato tamen modulo, ac typo, hujus esse videtur aetatis, quo Ladislaus II. et Stephanus IV. post Geisae Secundi obitum Stephano III. haeredi legitimo coronam Hungariae praeripere attentarunt. Certiores horum Principum numi nondum inventi sunt.

XVI.

BELAE III. ab A. C. 1174 ad 1196.

Den. et oboli arg.

1. BELA REX. Scutum triangulare, Cruce patriarchali insignitum.

In Aversa est Substructio quinque fulcris imposita, supra quam Crux, duo globuli, stella, luna: infra vero duo alii globuli, quorum alter cometae instar caudatus. *Pond.* 6. *gr. Tab. II. Belae III. N.* 1.

2. Alius praecedenti similis. *Pond.* 4. *gr. ibidem N.* 2.

3. Alius paucis tantum in Aversa ornamentis differt a prioribus. *Pond.* 5. *gr. ibidem N.* 3.

Substructio in his numulis mensae, vel arae formam habet, sed in Tabula inverso situ repraesentatur. Alii hos numulos *Belae Quarto* tribuunt propter Crucem patriarchalem scuto inscriptam; Auctor tamen *cit. Notitiae* eosdem in *Bela Tertio* recenset adductis rationibus, p. 128.

4. BELA REX. Caput coronatum adversa fronte, pectore tenus.

Crux patriarchalis cum lata basi inter duo capita coronata. In area superiore, stella, luna, et aliquot globuli. *Pond.* 8. *gr. ibid. N.* 4.

5. Alius praecedenti similis, *pond.* 7. *gr. ibidem N.* 5.

Typus partis aversae est proprius monetis pro Sclavonia signatis, quales in fine hujus Periodi describuntur.

6. † REX BELA. X. Caput coronatum, adversa fronte, ad pectus cum paludamento.

Aversae nulla inscriptio. In medio circuli est aquila expansis alis. *Pond.* 10. *gr.* *ibidem* *N.* 6.

Hic numus editus est ab Joh. Frid. *Joachim* in *Münz Cabinet* P. II. p. 23. et ab Auctore supr. cit. *Notitiae* p. 136. Tab. II. N. 54. Sed ille ex Felmeri Sententia ad Belam *Secundum*, hic ad *Quartum* hanc monetam retulit. Priorem sententiam velut erroneam perstringit Jos. *Mader* in libello: *Kritische Beyträge zur Münzkunde des Mittelalters, Prag.* 1803. in 8. p. 94. et seq. Occasionem errandi *Felmero* praebuit dubius character post nomen *Belae* in numo expressus, quem pro numero romano II. habuit, cum tamen propius ad x vel k accedat, id quod aliis *Quarti* indicium esse videtur. Alii asteriscum ibi esse malunt, et quia Bela *Quartus* in argenteis suis monetis vocabulum *Quarti* manifestius exprimere solet, idcirco hunc numulum *Tertio* potius *Belae* largiuntur.

7. Rex coronatus sedens d. sceptrum liligerum, s. globum crucigerum.

BELA REX. literis in quinque ordines dispositis per duas lineas horinzontales, ac totidem perpendiculares: nullo praeterea typo Aversae. *Pond.* 9. *gr.* *ibidem* *N.* 7.

8. Caput adversum coronatum, pectore tenus. BELA R. Crux brachiis triangulatibus, in medio habens circulum, in quo litera R. aliae vero nominis *Bela* literae circa crucem distributae sunt. *Pond.* 8. *gr.* *ibidem* *N.* 8.

9. et 10. BELAE REX. *Sic.* literis in orbem redeuntibus, in centro litera G. nullo praeterea typo Anticae.

In Aversa est Angelus draconem hasta confodiens. *Horum unus pond.* 8. *alter* 7. *gr. ibidem N.* 9. *et* 10.

XVII.

EMERICI, seu HEMERICI, aut HENRICI ab A. C. 1196. ad 1204.

Obol. arg. RR.

1. Protome Regis coronati, dextera vacua pectori admota, sinistra sceptrum humero admotum tenentis. In area litera solitaria H.

Aversa exhibet agnum capite nimbato ad Crucis vexillum respicientem. In area duo globuli. *Pond.* 8. *gr. Tab. III. sub Andr. III. N.* 2.

2. Nulla inscriptio. Protome Regis coronati, dextra gladium, sinistra sceptrum crucigerum humero admotum tenentis.

In parte aversa stans Agnus paschalis cum vexillo Crucis. *Pond.* 8. *gr. Tab. II. ante Numum Andreae II.*

XVIII.

LADISLAI Infantis.

Nullae extant monotae.

SERIES III.

Monetae Saeculi XIII.

XIX.

ANDREAE II. *Hierosolymitani* ab A. C. 1203 ad 1235.

Den. et Obol. arg. RR.

1. † ANDREAS REX. literis in orbem recurrentibus, in quarum medio tres aliae literae ABC et globulus in centro.

In peripheria Aversae pro inscriptione meri globuli inter duos circulos. In area circuli interioris Castrum cum tribus turribus, quarum media altior, ac latior; circa quam 4. globuli. *Pond.* 8. *gr. Tab. II. N.* 28.

2. Alius, in cujus antica pro inscriptione sunt mera triangula. In medio autem Castrum turritum.

In aversa parte aliud Castrum, supra quod Caput, galea gemmis distincta ornatum. In area superiore duo annuli, in inferiore tertius inter quatuor trabes, pontis instar Castro admotas. *Numus anepigraphus pond.* 11. *gr. Tab. IV. Incert.* 23.

Ob typi similitudinem cum parte aversa numi praecedentis, ex numero incertorum huc translatus est.

XX.

XX.

Belae IV. ab A. C. 1235 ad 1270.

a) *Denarii, et obuli, argentei.*

1. † MONETA. BELE. REGIS. In medio numerus romanus IIII. inter stellam desuper, et lunam infra positam.

In Aversa Gryphus. *Pond.* 11. *gr. Tab. II. Belae IV. N.* 1.

Extat etiam bracteatus solum Gryphum exhibens.

2. † REX * BELA * sedens in solio arcuato, coronatus, dextrorsum conversus, cum sceptro crucigero in manu sinistra.

† MONETA REGIS P. HVNGARIA. Crux aequilatera, brachiis triangularibus annulo junctis, retro appensam habens corollam, circumpositis quatuor stellis. *Numus laesus in margine pond.* 8. *gr. prox. ibidem N.* 2.

3. VNGARIE. Rex coronatus sedens d. globum crucigerum, s. sceptrum.

† REX BELA QVARTVS. Circulus, in quo stans Agnus nimbatus cum Crucis vexillo. *Pond.* 13. *gr. ibidem N.* 3.

4. BELE. QVARTI. Rex coronatus stans, vultu dextrorsum converso, laeva tenet sceptrum crucigerum, humero admotum.

Partis Aversae inscriptio est: OBVLVS: literis in medio distincte sculptis, supra quas occurrunt duo capita jubata leonum sese respicientium, infra vero quasi duae aves inter-

medio vasculo. *Numulus Singularis appendens 10. grana, adeoque sextam drachmae partem. Par igitur antiquis Graecorum obulis, quod mirum. Ibidem N. 4.*

b) *Numi aenei eiusdem Belae IV. et Stephani V.*

1. † SANCTA MARIA. *literis quibusdam detritis.* Effigies rudissima B. Virginis sedentis cum sceptro liligero in manu dextra, sine Jesulo.

In utroque Aversae margine occurrunt apices tantum characterum nominis Belae et Stephani. Typus exhibet duos Reges coronatos sedentes cum sceptro liligero in dextra, et globo crucigero in sinistra manu. Æ. *Tab. II. Belae IV. N. 5.*

2. † SANCTA MARIA. Beata Virgo, sine Jesulo, sedens d. sceptrum liligerum, s. pectori admota.

REX BELA in dextro margine, et REX STS. in sinistro. Duo hi Reges coronati sedentes infra duos arcus cum sceptro, et globo crucigero. Supra arcus crucula, infra thronos scabellum. Æ. *ibidem N.* 6.

3. Alius praecedenti similis, literis paullo melius expressis, figuris tamen aeque ruditer factis. Æ. *Tab. III. Belae IV. N.* 7.

4—7. Alii quatuor similes, sed in quibus inscriptionem SANCTA MARIA crucula una praecedit, altera in fine occurrit. Æ. *ibidem N.* 8. 9. 10. 11.

Serius accessit unus formae lenticularis, id est, parte una, in qua est icon Mariana, convexus, altera, in qua duo Reges cum attributis supra descriptis sedent, concavus. In isto sunt inscriptiones longe magis depravatae, quam in aliis; legitur enim SNRTA pro *Sancta Maria*. Regum autem Belae et Stephani nomina ob literas inversas, disjectas, corruptasque prorsus legi nequeunt. Adest praeterea exemplum unius recentiore manu facti, et colore argenteo, seu potius stanneo suffusi, orbe plano crassiusculo.

XXI.

STEPHANI V. ab A. C. 1270 ad 1272.

Obuli arg. R.

1. Rex coronatus sedens d. globum crucigerum, In area tres stellulae, et litera N.

STEPHAN RTX. *Sic.* literis his in 4. ordines per tres lineolas granulatas distributis, quarum prima, et ultima cinguntur duabus stellulis. *Pond.* 9. *grana*. *Tab. III. Steph. V. N.* 1.

2. Alius similis, in quo tamen non RTX sed REX: ultimam vero X literam non stellulae, sed al a quaedam signa intercipiunt. *Pond.* 6. *gr. ibid. N.* 2.

3. Alius, in quo sola est Regis effigies, parte altera incusa, cavaque. *Numulus braeteatus pond.* 8. *gr. ibidem N.* 3.

XXII.

Ladislai Chuni ab A. C. 1272 ad 1290.

Obuli arg. RR.

1. LADISLAI REX. *Sic.* Caput coronatum, dextrorsum spectans.

Christus sedens, capite, Solis instar, rotundo, ac lucem spargente. In area duo annuli. *Pond.* 6. *gr. Tab. III. Ladisl. IV. N.* 1.

2. LA-ISLI REX. *Sic.* Caput coronatum, ut in praecedente.

Christus sedens, cet. ut supra. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 2.

XXIII.

Andreae III. *Veneti* ab A. C. 1290 ad 1301.

Obol. arg.

1. REX ANDRIIO. *Sic* pro *Andrea* errore Monetarii. Protome Regis coronati, adversa fronte, d. globum crucigerum, sed jam detritum, s. sceptrum aeque crucigerum tenentis.

Crux simplex, latis brachiis, insistens coronae, infra quam est litera M. inter duo capita coronata, sese respicientia. *Pond.* 7. *gr. Tab. III. Andr. III. N.* 1.

Alium, qui ibidem sub N. 2. delineatus est, vide in *Emerico* Rege descriptum.

SERIES IV.

Numi incerti Regum primae Periodi, et incipientis Secundae.

Den. Obuli, et hemiobuli arg.

A) *Anepigraphi.*

1. Quinque cruces variante figura, et quatuor lunulae.

In Aversae circulo duae cruculae junctae, inter binos globulos. *Pond.* 4. *gr. Tab. III. Incert. N.* 1.

2. Numum *ibidem N.* 2. delineatum vid. supra in *Stephano III.* descriptum.

3. Peripheriam Anticae ornat circulus fasciatus, in quo Crux est stipitibus velut indolatis, et ad quatuor ejusdem angulos totidem lunulae, et globuli.

In aversa inter duos circulos concentricos quatuor triangula, in area vero circuli minoris Crux aequilatera brachiis triangularibus. *Pond.* 7. *gr. ibid. N.* 3.

4. Alius similis perforatus, sed Cruce in parte antica melius elaborata. *Pond.* 6. *gr. ibidem N.* 4.

5. Qui *ibidem sub N.* 5. proponitur, jam in *Stephano III.* descriptus est loco secundo.

6. Eodem modo *sub N.* 6. occurrens ad *Geysam II.* translatus est.

7. Alius *ibidem N.* 7. depictus videatur in *Ladislao II.*

8. Descriptio Numuli N. 8. propositi occurrit in *Stephano IV.*

9. Castellum exiguum inter duo lilia, sub quo luna cornuta.

Aversa sistit discum foliatum, in quo character ad formam literae k accedens. *Pond.* 9. *gr. ibidem N.* 9.

10. Protome adversa Regis coronati, manibus expansis, inter apices duarum turricularum imperfectarum.

Symplegma ex duobus animalibus, agno, ut videtur, et leone, in cujus pectore stella triangulo inclusa. *Pond.* 6. *gr. ibidem N.* 10.

11. Duo Capita pileis acuminatis tecta, dextrorsum conversa, inter quae est turricula, tres globuli, luna, et stella.

Animal quadrupes dextrorsum currens, supra quod est flos tricaulis cum radice arcuatim diffusa, inter stellam, et lunam. *Pond.* 9. *gr. ibid. N.* 11.

12. Caput coronatum, et crux patriarchalis in eadem linea perpendiculari inter duas turriculas obliquas cuspidatas.

Sphynx coronata dextrorsum tendens. *Pond.* 11. *gr. ibidem N.* 12.

13. Alius huic similis *pond.* 5. *gr.* tantum.

14. Duo capita nuda ad sese conversa, in duobus sacellis ejusdem templi, turriculam in frontispicio habentis, inter duas stellas.

Draco dextrorsum spectans. *Pond.* 9. *gr. ibidem N.* 13.

15. Protome adversa Principis galeati, thoracati, dextra extensa versus urceolum, sinistra sceptrum foliatum humero admotum tenentis.

Frontispicium Templi christiani cum duabus turribus. *Pond.* 9. *gr. ibid. N.* 14.

16. Crux anchorae insistens inter duo capita coronata.

In Aversa Leo sinistrorsum tendens. *Pond.* 9. *gr. ibidem N.* 15.

17. Caput adversum, coronatum.

Crux patriarchalis inter lunam, et stellam, cum basi lata, ex qua prodeunt duae plantulae rotundifoliae. *Pond.* 6. *gr. ibid. N.* 16.

18. Rex coronatus sedens d. tenet globum majusculum crucigerum, s. Sceptrum magno lilio fastigiatum.

Scutum triangulare lateribus granulatis, in quo est Crux patriarchalis basi divergente. *Pond.* 6. *gr. ibid. N.* 17.

Verisimile est, hunc numulum esse *Caroli Roberti.*

19. Caput nudum ore deformiter aperto.

Aversa eundem typum situ contrario exhibet incusum cavumque. *Numulus bracteatus cavus pond.* 4. *gr. Tab. IV. Incert. N.* 22.

20. Numus *ibidem N.* 23. *delineatus jam in Andrea II.* Hierosolymitano descriptus est.

21. Vir stans manibus vacuis extensis. In area a dextris duo X.

In Aversa duae aves ex intermedio vasculo literam T. referente escam capientes. *Pond.* 12. *gr.*

B) Cum inscriptione *Moneta Hungariae* sine Principis nomine.

Den. et obul. arg.

1. † MONETA VNGARIE. Crux, et quatuor annuli, in circulo gratulato.

In Aversa Monstrum quadrupes anteriore parte hominem gladio et clypeo armatum, posteriore leonem referens. *Pond.* 8. *gr. Tab. III. Incert. N.* 18.

2. Alius ejusdem inscriptionis, ac typi. *Pond.* 8. *gr. ibid. N.* 19.

3. † ---VNGARIE. Circulus granulatus, in quo stella, et luna.

In Aversa: Cervus in pascuo gradiens cum trifolio in ore. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 20.

4. † MONETA VNGARIE. Stella, et luna in circulo granulato.

Cervus cum trifolio, ut in praecedente. *Pond.* 8. *gr. Tab. IV. Incert. N.* 21.

5. † MONETA VNGARIE. Circulus granulatus, in quo Caput coronatum, spectans dextrorsum.

Duae Aves in oppositas partes conversae capitibus retroflexis. In medio N v. Z jacens, et globulus. *Pond.* 12. *gr. Tab. IV. Otton.* 1.

6. † M. VNGARIE. Caput coronatum, spectans dextrorsum, et globulus.

Duae Aves, ut in praecedente. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 2.

Simillimus duarum avium typus reperitur in Numis, quorum antica habet in medio co-

ronam cum inscriptione OTTONIS REG.. Quamobrem et hos referre licebit ad *Ottonem* Bavarum Hungariae Interregem, Caroli Roberti aemulum.

7. VNGARIE. Protome Regis dextrorsum spectantis, manu sinistra pectori admota.

Aquila leporem depascens. *Pond.* 9. *gr.*

8. MONETA VNGARIE. Protome adversa Christi nimbati, pectore-tenus.

Crux patriarchalis cum basi cuspidata inter duo capita nuda, et duas stellas. *Pond.* 7. *grana.*

SERIES V.

Monetae pro Sclavonia signatae sine proprio Principis nomine.

Den. et obul. arg.

1. † MONETA P. SC. *Sic. pro Sclavonia.* Protome adversa Christi nimbati.

Crux patriarehalis basim habens cuspidatam, inter duo capita nuda, et duas stellas. *Pond.* 8. *gr. RR.*

2. Crux patriarchalis cum basi graduata inter duo capita coronata. In area superiore stella, luna, et sex globuli sparsi.

REX SCLAVONIE. Mustella Martes dextrorsum currens inter duo astra. *Pond.* 6. *gr. Tab. XVII. N.* 1. RR.

3. Alius similis, *in margine laesus pond.* 3. *gr. ibidem N.* 10.



4. Crux patriarchalis inter duo Capita coronata, se se respicientia. In area stella, vel sol, et luna, ac sex globuli sparsi.

† MONETA REGIS P SCLAVONIA. Circulus granulatus, in quo Martes dextrorsum currens inter duo astra. *Perforatus pond.* 15. *grana. Tab. XVII. N.* 2.

5. Crux patriarchalis, ornata duabus plantulis rotundi folii. Ad basim Crucis duo capita coronata. Superius sol, luna, ac tres globuli, quorum unus intra lunam bicornem.

† MONETA REGIS P SCLAVONIA. Martes ut in praecedente. *Pond.* 15. *gr. ibidem N.* 3.

6. Eadem Crux duobus liliis ornata, inter duo capita coronata. In area superiore, sol et luna cum liliolo. Ad latus dextrum sigla monetaria B̂.

Aversa, ut in praecedentibus. *Pond.* 15. *gr. ibidem N.* 4.

7. Forma Crucis patriarchalis nonnihil immutata ob tertium stipitem transversum in summitate. Ad Crucis ejusdem basim duo capita coronata. In area sol, luna, et hae siglae: K̂. R̂. †. K.

† MONETA REGIS P SCLAVONIA. Martes inter duo astra dextrorsum currens. *Pond.* 10. *gr. Tab.* 17. *N.* 5.

8. Crux patriarchalis basi cuspidata, inter duo Capita coronata sese respicientia. Superius sol, et luna. Siglae Ê † † R̂.

† MONETA REGIS P SCLAVONIA. Martes dextrorsum currens inter duo astra. *Pond.* 15. *gr. ibid. N.* 6.

9. Crux patriarchalis, basi graduata inter duo Capita coronata, quibus insidet avicula. In area superiore sol, et luna, in cujus cavitate globulus.

† MONETA cet., ut in Aversa praecedentis. *Pond.* 15. *gr. ibidem N.* 7.

10. Crux cum triplici stipite transverso, quorum infimo insidet avis majoris speciei in utroque fine. Ad basim Crucis solita duo Capita coronata. In latere K.

† MONETA REGIS P SCLAVONIA. Martes *sinistrorsum* currens inter coronam supra, et stellam, lunamque infra positas. In area duo globuli. *Pond.* 7. *gr. ibidem N.* 8. R.

11. Crux patriarchalis cum duabus avibus, ut in praecedente. Ad basim duo Capita coronata. In lateribus litera una detrita, altera est E.

Aversae nulla inscriptio; typus vero similis priori, nempe Martes sinistrorsum currens inter coronam desuper, et stellam lunamque infra positas. *Pond.* 9. *gr. ibidem N.* 9. R.

12. Quatuor capita coronata, sibi oblique opposita; ad bases duarum velut columnarum, seu stipitum inferiorum crucis patriarchalis dimidium expressae, typario bis aberrante. In area unicum astrum, unum liliolum, et siglae unius vestigium, confuse omnia.



Aeque confusa est Inscriptio Aversae -- ONETA RE-REGIS-SCLA-OR. Figura Mustellae currentis quasi duplicata simul cum astro superiore duplicato. *Pond.* 13. *gr. probi argenti.*

Hic denarius pertinet ad Numos festinatione, vel incuria Monetariorum vitiosos; de quo Numorum genere extat Erasmi *Froelichii* Dissertatio.

13. Crux patriarchalis, basi graduata, inter duo capita coronata sese respicientia. Inferior stipes Crucis transversus ornatur duobus flosculis, superior vero linea perpendiculari in utroque fine erecta. In area stella, vel sol, et luna bicornis adstituto lilio. Siglae: Ê. R̂.

† MONETA REGIS P SCLAVONIA. Martes inter duo astra currens dextrorsum. *Pond.* 13. *grana.*

14. Crux patriarch. duobus liliis ornata. Ad basim consueta duo Capita coronata. In area; ĥ. Ř. sol, luna, globulus.

† MONETA. cet. ut supra. *Numus perforatus pond.* 13. *grana.*



CLASSIS II.

Monetae, et Numismata Periodi Secundae, seu Regum stirpis mixtae, ab A. C. MCCCI. ad MDXXVII.

Numi aurei, et argentei, Grossi, Denarii, Obuli, et sub finem hujus Periodi etiam Numismata magni moduli ex auro, et argento: pauca ex aere.

SERIES VI.

Monetae Regum Saeculi XIV. et incipientis XV.

XXIV.

WENCESLAI *Bohemi ab A. C.* 1301 *ad* 1305.

Obuli arg. dubii.

1. Crux simplex, anchorae insistens, inter duo capita coronata.

   Nulla inscriptio. Leo sinistrorsum tendens. *Pond.* 9. *gr. Tab. III. Incert. N.* 15.

2. Crux anchorata insistens coronae apertae, in area W.

   Scutum a dextris 4. fascias Hungariae, a sinistris leonem Bohemiae complectens. *Numulus fractus in margine pond.* 4. *gr. Tab.* 4.

Alter hic numulus sapit potius aetatem Sigismundi.

XXV.

Ottonis *Bavari* ab A. C. 1305 ad 1308.

Obuli arg.

1. moneta vngarie. Caput coronatum in circulo granulato, dextrorsum.

Duae aquilae in partes oppositas versae, capitibus retroflexis. In area N vel Z jacens, et globulus. *Pond.* 12. *gr. Tab.* 4. *Ottonis N.* 1.

2. † m. vngarie. Idem caput, et globulus.

Duae aequilae, ut supra, cum litera N vel Z jacente, et globulo. *Pond.* 8. *gr. ibid. N.* 2.

XXVI.

Caroli Roberti, *Neapolitani*, stirpis gallicae Andegavensis, ex linea Salernitana, ab A. C. 1301. *plenius* 1308 ad 1342.

Aurei, Grossi, Denarii, Obuli arg.

a) *Aureus* typo Florentino, dictus *Florenus auri.*

1. s. iohannes b. in fine hujus nominis est exiguae formae corona. In medio Numi effigies Sancti Joannis Baptistae stantis, nimbati, palliati, tunicati, dextra manu extenta ritu benedicentis, sinistra pectori admota sceptrum crucigerum sic humero acclinatum tenentis, ut crucula sceptri suppleat cruculam inscriptioni praefigi solitam.

† karolv rex. *Sic.* Lilium magnum, vulgo Florentinum. *Excedit pondus hodierni Ducati*

hungarici duobus granis, estque auri optimi. Tab. 4. Car. Rob. N. 1.

Corona parva, in fine Nominis s. Joh. B. addita, indicat hunc aureum esse hungaricum, adeoque *Caroli Roberti.* Consentiunt Franc. Vettorius, Lud. Muratorius, DuVal, Tob. Köhler, aliique. Jacobo Mellen in Serie Aureorum Hung. ignotus: magno hodie pretio ob summam raritatem ab Numophilis redimitur.

b) *Grossi lati* argentei, inter hungaricos primi. R.

1. † MONETA KAROLI REGIS HVNGARIE (*supplendo, quae hic abscissa sunt, ex alio minus laeso*) Rex coronatus, palliatus, sedens d. sceptrum liligerum, s. globum crucigerum. Thronus ornatus capitibus leonum.

† HONOR REGIS IVDITIV. DILIGIT. † IVS. DAT. PACEM. PAX. SALVTEM. *sic inter duos circulos concentricos.* In area Scutum triangulare bipertitum complectens a dextris novem lilia gentilitia, a sinistris quatuor fascias Regni Hung. Scuti basis ornata lilio uno. *Pond.* 56. *grana. Tab.* 4. *Car. Rob. N.* 2.

2. Alius similis, magis circumcisus, sublata fere tota partis Anticae inscriptione. — Rex coronatus, palliatus, togatus, ac pretioso monili in pectore ornatus d. Sceptrum liligerum, s. globum crucigerum.

IVS. DAT. PACEM. PAX. SALVTEM. Scutum exhibens insignia hungarico-gallica, ut in



praecedente Numo. Extra scutum Siglae monetariae S et II. *Pond.* 58. *gr. ibidem N.* 3.

3. † MONETA KA----- Rex coronatus sedens in throno liliis ornato d. sceptrum apice rotundo, s. globum crucigerum.

† HONOR *regis iudicium* DILIGIT. Scutum inclinatum dextrorsum continens 4. fascias hungaricas a dextris, et 5. lilia stirpis Andinae a sinistris, incumbente desuper galea coronata suis cum laciniis, ex qua prominet Caput Struthionis inter duas plumas. In area Numi hinc S inde lilium. *Pond.* 58. *gr. ibidem N.* 4.

4. Alius praecedenti similis, differt forma sceptri liligeri, et flore in area conspicuo. Siglae monetariae in Aversa sunt A. et I. Inscriptiones ob Numum circumcisum majori ex parte deperditae. *Pond.* 52. *gr. ibidem N.* 5.

5. Perigraphe abscissa. Rex coronatus, paludatus, in throno duobus ramusculis ornato sedens sine sceptro, et globo crucigero. In area duae cruculae.

Ex inscriptione Aversae pauci characteres residui. Scutum inclinatum, fascias á dextris, lilia vero a sinistris exhibens, et galea coronata scuto incumbens, ex qua prominet caput Struthionis inter duas plumas. Siglae monetariae A. et F. *Pond.* 46. *gr. ibid. N.* 6.

6. Alius in margine fractus, detritis characteribus in Antica Regem cum globo crucigero sedentem sistit, in aversa Scutum non in medio circuli, sed in latere habet, erectum,

in

in quo 4. fasciae, et 5. lilia. *Pond.* 45. *gr.* *ibidem*, *N.* 7.

7. Alius melius conservatus grossus serius accessit, in quo fere omnia, uti supra N. 3. Pro siglis tamen monetariis non S et lilium, sed lilia duo habet. *Pond.* 45. *grana.*

c) Denarii et obuli arg.

1. REGIS KAROLI. *duabus literis detritis.* Protome adversa Regis coronati, paludati, praecincti, globum cruce patriarchali ornatum sinistra manu tenentis.

† REGIS HVNGARIE. Scutum triangulare continens fascias Hungariae, et quinque lilia stirpis Andinae. In area B et V. *Pond.* 10. *gr.* *Tab. IV. Car. Rob. N.* 8.

Videatur idem denarius infra in *Carolo Parvo* descriptus.

2. Rex coronatus, in throno duobus liliis ornato sedens d. sceptrum liligerum, s. globum crucigerum.

† MONETA REGIS KARVLI. *aliquot literis detritis.* Scutum circulo inscriptum, duo lilia a dextris, et 4. fascias a sinistris exhibens. Pro telamonibus duo Struthiones. *Pond.* 12. *gr.* *ibidem N.* 9.

3. Protome Regis coronati d. sceptrum liligerum humero admotum.

Inscriptio nulla. Scutum circulo inclusum, in quo 4. lilia, et tres fasciae conspicuae.

Typus a medio numi multum deflectens. *Pond.* 10. *gr. ibidem N.* 10.

4. † M. REGIS KARVLI. *literis detritis.* Caput Regis adversum, pileo rotundo in coronam fastigiato tectum.

Lilium magnum Florentino simile. In area S. *Pond.* 6. *gr. ibidem N.* 11.

5. Scutum 4. fascias, et 5. lilia complectens, circa quod tres literae: R. X. D.

In parte aversa lilium magnum Florentinum. *Pond.* 4. *gr. ibidem N.* 12.

6. REGIS KARVLI. *primis duabus literis detritis.* Corona aperta in Circulo

Angelus genuflectens d. elevata, s. pectori admota, dextrorsum spectans. *Pond.* 7. *gr. ibidem N.* 13.

Imago Angeli in hoc denario alludit ad titulum *Principis Salernitani, et Honoris, ac montis Sancti Angeli.*

7. Caput Regis coronatum: in area C. et I. nec non globulus.

- - - VNGARIE. Corona aperta. *Pond.* 7. *gr. ibid. N.* 14.

8. Rex coronatus, paludatus, sedens in throno, capite Struthionis ornato, dextra sceptrum liligerum, s. globum crucigerum.

† M. REGIS HVNGARIE. Galea coronata, cujus apicem efficit caput Struthionis rostro soleam gerentis, inter duas plumas, quarum sinisteriori insistit avicula. *Pond.* 8. *gr. ibid. N.* 15.

9. Numulus fractus, in cujus antica est caput coronatum circulo inclusum, cum vestigiis aliquot literarum residuarum.

Aversa exhibet Struthio camelum, et literam E. *Pond.* 4. *gr. ibidem N.* 16.

10. Protome adversa Regis coronati, et litera K.

Aquila, vel Falco circulum sibi oppositum ingrediens, Venatore dirigente: *Pond.* 4. *gr. ibidem N.* 17.

11. M. BVDENS - - Crux patriarchalis aliquot globulis circumdata.

Corona aperta, ex qua prominet Caput Struthionis inter duas plumas. *Pond.* 7. *grana.* RR. *Tab.* 6. *N.* 7. *inter Numos Mariae.*

Hanc monetam *Budensem* fuisse tempore *Caroli Roberti* signatam; pro criterio est Caput Struthionis.

XXVII.

Ludovici I. filii Caroli Rob. ab A. C. 1342. ad 1382.

Aurei, Grossi, Denarii, Obuli arg.

a) *Aurei*, seu Floreni auri, vulgo Ducati, variante typo. R.

1) cum s. Joanne B. et lilio. 2) cum eodem sancto, et scuto. 3) cum s. Ladislao, et scuto.

1. S. IOHANNES B. *in fine parva corona.* In medio stans hic sanctus, nimbatus, tunicatus, praecintus, pallio villoso indutus d. extenta,

s. sceptrum crucigerum humero admotum tenet.

† LODOVICI REX. *Sic.* Lilium Florentinum. *Pond. hodiern. Ducat. Tab.* 4. *Lad. I. N.* 1.

2. Alius similis, uno tamen grano ponderosior. *Ibidem N.* 2.

3. S. IOHANNES B. *in fine parva corona.* Effigies Sancti Johannis Baptistae stantis, uti in praecedentibus aureis, ac praeterea prope sinistrum ejusdem pedem occurrit Caput humanum fascia revinctum, spectans dextrorsum.

† LODOVICVS DEI GRACIA REX. Circulus granulatus, in quo Scutum bipertitum, a dextris 4. fascias, a sinistris 5. lilia complectens, disco sex hemicyclis arcuato includitur, circumsitis totidem stellulis. *Pondus Ducati hodierni duobus granis superat. Ibidem N.* 3.

4. et 5. Alii duo ejusdem inscriptionis, typi, ac ponderis. *Ibidem sub N.* 4. *et* 6.

Sequuntur aurei primi inter Hungaricos cum effigie S. Ladislai.

6. SANTVS LADISLAVS. *sic.* Circulus granulatus, in quo Effigies sancti Ladislai nimbati, coronati, palliati, stantis, ac d. pro sceptro hastam securigeram, s. globum crucigerum tenentis. Ad latus dextrum lilia duo, ad sinistrum tria, infra quae caput parvum fascia revinctum.

† LODOVICI, D. G. R. VNGARIE. *Sic.* Circulus granulatus, in quo scutum, disco sexies arcuato inclusum, continens 4. fascias, et 5.

lilia. *Pondus idem, quod praecedentibus. Ibidem N. 5.*

7. SANTVS LADISLAVS R. Circulus granulatus, in quo stans hic sanctus coronatus, nimbatus, palliatus, togatus, dextra tenet hastam securigeram, sinistra pectori admota globum crucigerum. In area a dextris P, et tria lilia, a sinistris quatuor lilia perpendiculariter posita. Sine capite fasciato ad pedes.

† LODOVICI. D. G. R. VNGARIE. Circulatus granulatus, in quo scutum disco saepius arcuato, et liliis ornato impositum continet a dextris 4. fascias, a sinistris octo lilia. *Idem pondus, quod praecedentibus. Tab. 5. Lud. I. N. 7.*

8. Alius praecedenti similis, sed in area a dextris sancti Ladislai tria lilia, a sinistris alia tria in perpendiculo, et infra haec litera B anchorae innexa. *Pondus idem, quod praecedentibus. Ibidem N. 8.*

9. SANTVS LADISLAVS R. Effigies S. Ladislai barbati, nimbati, coronati, palliati &c. ut in praecedentibus. Infra ad sinistrum pedem, caput, non tam fascia redimitum, quam vitta muliebri tectum. In area 4 lilia in dextro, ac totidem in sinistro latere ad perpendiculum.

† LODOVICI. D. G. R. VNGARIE. Circulus granulatus, in quo scutum bipertitum 4. fascias, et septem lilia continens, super disco ex hemicyclis arcuato, ac totidem liliis ornato, po-

situm. *Pondus fere idem quod praecedentium.* *Ibidem N.* 9.

10. In alio simili, S. Ladislaus dextera tenet solitam bipennem humero admotam, sinistra extenta globum crucigerum, et exiguum illud caput fasciatum non ad pedes, ut in aliis, sed hic in area ad latus dextrum occurrit velut pro sigla monetaria. *Tab.* 4. *in fine.*

b) *Grossi lati arg.* R.

1. † MONETA LODOVICI REGIS HVNGARIE. Rex in throno duabus cruculis ornato sedens, paludatus, togatus, praecinctus d. tenet sceptrum crucigerum, s. extenta globum aeque crucigerum. In area unicum liliolum.

† HONOR REGIS IVDICIVM DILIGIT. *priore inscriptionis parte detrita.* Scutum Rhomboidale bipertitum. a dextris continens fascias hungaricas intermixtis liliolis, a sinistris sex lilia. Extra scutum in area superiore L, in inferiore duo ramusculi. *Pond.* 51. *gr. Tab.* 5. *N.* 10.

2. † HONOR. REGIS. IVDICIVM. DILIGIT. Rex coronatus in throno duobus liliis ornato sedens, d. sceptrum liligerum, s. globum crucigerum.

† MONETA LODOVICI REGIS VNGARIE. Scutum inclinatum a dextr. 4. fascias, a sin. 5 lilia continens, incumbente eidem galea coronata, ex qua prominet caput Struthionis inter duas plumas. In area hinc parva coro-

na cum eum pendentibus taeniis, inde A. *Pond.* 48. *gr.*

c) *Denarii*, *et obuli arg.*

1. S. LADISLAVS R. stans coronatus, nimbatus, paludatus d. securim pro sceptro, s. globum crucigerum. In area P.

† LODOVICI. R. VNGARIE. Scutum triangulare 4. fascias, et octo lilia exhibens, in circulo granulato, in quo et tres stellae scuto circumpositae. *Pond.* 8. *gr.* *Tab.* 5. *N.* 11.

2. Nomen et effigies consueta s. *Ladislai.* In area a sinistris liliolum unum, et exiguum caput pro notis Monetarii.

† LODOVICI. R. VNGARIE. Circulus granulatus, in quo scutum 4. fascias, et sex lilia complectens, circumpositis aliis tribus liliolis. *Numus perforatus.* *Pond.* 8. *gr.* *ibidem* *N.* 12.

3. S. LADISLAVS R. Effigies hujus Sancti, sed imberbi, ac juvenili vultu in hoc denario, dextra tenentis bipennem, sinistra globum crucigerum. In area R inter duo lilia.

† LODOVICI. R. VNGARE. *Sic.* Scutum in circulo granulato, continens 4. fascias, et decem liliola. *Pond.* 8. *gr.* *ibidem* *N.* 13.

4. S. LADISLAVS R. Solita effigies hujus Sancti cum barba promissa, et reliquis attributis. In area B anchorae innexum.

† LODOVICI. R. VNGARIE. Scutum 4. fascias, et 9. lilia continens, tribus liliis extra scutum occurrentibus. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 14.

5. Inscriptio Anticae nulla. Figura vero exhibet Regem coronatum, togatum, stantem cum sceptro in dextra, et globo crucigero in manu sinistra.

In Aversa - - - EGIS. LODOV. *reliqui characteres detriti.* In medio lilium magnum solitarium. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 16.

6. † MONETA LODOVICI. Caput fascia revinctum, simo naso, dextrorsum spectans.

† REGIS HVNGARIE. Crux patriarchalis, circa quam globuli, uniones forte, ornatus gratia sparsi. *Pond.* 5. *gr. ibidem N.* 15.

7. Alius cum simili Capite fasciato, quod vulgo Mauri, vel Maurae dicitur cum inscriptione † MONETA L - - - ICI.

† REGIS - - NGARIE. Crux patriarchalis inter duo lilia, circumsitis sex globulis. *Pond.* 5. *gr. ibidem N.* 17.

8. Alius praecedenti similis, inscriptionibus melius conservatis, utut laesis marginibus. *Ejusdem cum priore ponderis. ibid. N.* 18.

9. Alius cum simili capite, in cujus aversa duo lilia sunt ad basim Crucis patriarchalis, et circa eandem Crucem octo globuli. *ibidem N.* 19.

10. In alio simili pars Aversa habet crucem patriarchalem inter duas stellas. *ibidem N.* 20.

11. In alio simili infra Crucem patriarchalem a dextris est litera P. *ibidem N.* 21.

12. Alius similis exhibet in Aversa solam Crucem patriarchalem et duos globulos cum inscriptione consueta † *Regis Hungariae. Ibid. N.* 22.

13. In alio simili ad basim Crucis patriarchalis, occurrunt literae L. S. *ibidem N.* 23.

14. Alius similis in eo differt a praecedentibus, quod Crux patriarchalis insistat coronae apertae. *Pond. 7. grana. Ibidem N.* 24.

XXVIII.

MARIAE Reginae Ludovici I. filiae ab A. C. 1382 ad 1392.

a) *Aurei.*

1. † S. LADISLAVS RE. Stans hic Sanctus nimbatus, coronatus, palliatus, tunicam nodulis adstrictam indutus d. securim styli brevioris s. globum crucigerum tenens. In area duo lilia.

† MARIE. DEI. G. R. VNGARIE, Scutum in disco multis hemicyclis arcuato positum, in quo sunt 4. fasciae, et 9. lilia. *Pond. hodiernum aureum simplicem. Tab. 5. Mariae N.* 1. R.

2. Alius similis differt siglis G. M. *ibidem N.* 2.

3. Alius similis diametro, et pondere superat praecedentes: quatuor granis ponderosior hodierno aureo simplici. *ibidem N.* 3.

b) *Denarii arg.*

1. † MONETA MARIE. Circulus granulatus, in quo Crux duplex anchorata.

† REGINE VNGARIE. Circulus granulatus, in quo litera M. coronata. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 4.

2. † MARIE. R. VNGARIE. Circulus, in quo Corona, et litera K.

† MONETA MARIE. R. V. Crux duplex anchorata, cujus cuspides margaritis ornatae. *Pond.* 9. *gr. ibidem N.* 5.

3. ---VGARIE. *sic. reliquis literis detritis.* Corona in circulo granulato.

† MONETA MARIE. R. V. Crux duplex anchorata. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 6.

XXIX.

CAROLI II. *Parvi*, Mariae consobrini.
ab A. C. 1385 exeunte, ad Febr. anni sequentis.

Den. arg. dubius.

1. KAROLI REGIS. Effigies Regis coronati, paludati, praecincti, fronte adversa, collo brevissimo, et corpore, ut videtur, pusillo, dextra manu non apparente, sinistra vero globum, crucula patriarchali ornatum, tenentis.

† M. REGIS HVNGARIE. Scutum triangulare quatuor fascias et quinque lilia complectens. In area BV. *Pond.* 10. *gr.*

Non quidem certum, attamen verisimile est, in hoc Denario Budae signato repraesentari *Carolum II.* cognomine *Parvum*, non vero *Carolum I. Robertum*, licet inter hujus denarios primo loco in *Tabula IV.* delineatus, et supra obiter descriptus sit: nam longe alia est Regis Caroli Roberti figura in omnibus aliis tam grossis, quam denariis ejusdem, in eadem Tabula depictis.

XXX.

SIGISMVNDI *Lucemburgensis*, Reginae Mariae Conjugis. ab A. C. 1387 ad 1437.

a) *Aurei* 1) cum fasciis et leone. 2) cum aquila.

1. S. LADISLAVS REX. Stans coronatus, nimbatus, paludatus, togatus dextra securim cum brevi manubrio, sinistra globum majusculum crucigerum tenet. Siglae: C. R.

† SIGISMVNDI. D. G. R. VNGARIE. Scutum formae usitatae, quadripartitum, in quo 4. fasciae Regni Hung. et Leo Bohemiae alternatim occurrunt. Includitur circulo granulato. *pond. hodiern. Ducat. Tab. 5. Sigism. N. 1.*

2. Alius similis, exiguo cum discrimine, quod observatur in effigie S. Ladislai, in tunica nodulis adstricta, in securi tribus foraminibus conspicua. Siglae sunt: h. et G. *pondus aurei simplicis. ibidem N. 2.*

3. In alio simili siglae: h. et parmula crucigera cordiformis, in qua sunt duo malleoli decussati. In aversae scuto est Leo *coronatus* Bo-

hemiae alternatim recurrens cum 4. fasciis Hungariae. *ibidem N.* 3.

De pondere *Aureorum Sigismundi* in genere notandum: esse nonnullos quidem uno alterove grano *hodiernis* graviores, aliquos vero tantillum leviores, complures tamen pondere pares.

4. Alius, in quo sunt omnia, uti N. 1. exceptis in Antica siglis I. C. *ibidem N.* 4.

Reliquorum similium siglae ita habent.

5. Duo K. et globulus. *ibidem N.* 5.
6. K. et e. *Tab.* 6. *Sigismundi N.* 6.
7. K. et D. *ibid. N.* 7.
8. K. L. *ibid. N.* 8.
9. K. R. *ibid. N.* 9.
10. K. et S̈. *ibid. N.* 10.
11. K. W. *ibid. N.* 11.
12. M. K. *ibid. N.* 12.
13. M. O. *ibid. N.* 13.
14. N. S. *ibid. N.* 14.
15. N. V. *ibid. N.* 15.
16. Eaedem siglae, sed imago s. Ladislai nonnihil differt. *ibid. N.* 16.
17. N. et stella. *ibid. N.* 17.
18. N. cum tribus globulis, et parmula cordiformis stelligera, in qua duo malleoli. *ibid. N.* 18.
19. O. et Crux connexa cum K. *ibid. N.* 19.
20. V. et similis Crux cum K. *ibid. N.* 20.
21. K. implicitum Cruci. *ibid. N.* 21.
22. C. N. *ibid. N.* 21.
23. Siglatum formae videantur. *ibid. N.* 22.

Sequuntur Aurei cum fasciis Hung. et aquila Brandeburgica.

24. S. LADISLAVS REX. Solita hujus Sancti effigies. Sigla: B. anchoratum.

† SIGISMVNDI. D. G. R. VNGARIE. Circulus granulatus, in quo scutum quadripartitum exhibens in primo et ultimo quadrante fascias Hungariae, in secundo, ac tertio Aquilam Brandeburgicam. *Pond. hodiernum Ducat. ibidem N.* 24.

25. In alio simili sigla G. *ibidem N.* 25.

26. Alius cum I. et V. *ibidem N.* 26.

27. Alius, in quo pro siglis duo lilia. *ibidem N.* 27.

28. In alio simili pro notis monetariis duae stellae. *ibidem N.* 28.

b) *Denarii et obuli arg.*

1. MON. SIGISMVNDI. Crux patriarchalis anchorata, et C. S.

† REGIS VNGARIE. *Cetera.* Scutum quatuor fascias exhibens. *Perforatus. pond.* 8. *gr. Tab. VI. N.* 29.

2. In alio simili, siglae: K. L. *ibidem N.* 30.

3. In alio K. et S. *ibid. N.* 31.

4. In alio simili K. W. *ibidem N.* 32.

5. Alius cum K. et S. supra positis tribus globulis. *ibidem N.* 32.

6. Alius, in quo K. et S. inversum cum supra posito liliolo. *ibidem N.* 33.

7. † REGIS VNGARIE. ET.C. Scutum cum 4. fasciis. MON. SIGISMVNDI. Crux patriarchalis, et N. S. ac tres globuli. *ibidem N.* 34.

8. † REGIS VNGARIE. ETC. Scutum quadripartitum, fascias Hung. et aquilam Brandeburgicam alternatim positas exhibet.

MON. SIGISMVNDI. Crux patriarchalis ânchorata. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 35.

9. Obulus sine inscriptione. Scutum bipertitum, a dextris 4. fascias Hung. a sinistris leonem coronatum Boh. complectens.

Pars aversa exhibet crucem simplicem anchoratam, circa quam duae coronae, et literae K. G. *Pond.* 4. *gr. ibidem N.* 32.

SERIES VII.

Monetae Saeculi XV.

XXXI.

ALBERTI *Austriaci* ab A. C. 1437 ad 1439.

a) *Aurei*, pondere hodiernorum ducatorum. R.

1. S. LADISLAVS REX. Consueta effigies hujus Sancti, et K. L.

† ALBERTVS D. G. R. VNGARIE. Circulus granulatus, in quo Scutum quadripartitum exhibens 4. fascias Hungariae, et leonem Bohemiae alternantes. Tab 7. *Albert. N.* 1.

2. Nomen et effigies S. Ladislai, ut in praecedente, cum siglis K. P.

† ALBERTVS D. G. R. VNGARIE. Scutum quadripartitum, in quo sunt 1) quatuor Fasciae Hung. 2) Leo coronatus Bohem. 3) Taenia Austriaca. 4) Aquila Morav. *ibidem N.* 2.

3. Omnia ut in praecedente, sed siglae monetariae: K. et R. cum crucula desuper. *ibidem N.* 3.

b) *Denarii arg.*

1. MONETA ALBERTI. Crux duplex anchorata, K. L. instar V.

† REGIS VNGARIE-C. Scutum solas 4. fascias continens. *Pond.* 7. *gr. vilioris argenti. Tab.* 7. *Alb. N.* 4.

2. M. ALBERTI R. VNGARIE. Crux patriarchalis. Siglae: K. et M. cum crucula desuper.

Aversae nulla inscriptio. In area tribus hemicyclis clausa Parmulae quatuor, in medio videlicet hungarica cum 4. fasciis, reliquae circa hanc Bohemica a dextris, Austriaca a sinistris, infra vero est Moravica. *Pond.* 10. *gr. paullo melioris argenti. ibidem N.* 5. *sed sola Antica delineata.*

3. In alio simili siglae monetariae C. D. *ibidem N.* 6.

4. Alius similis cum siglis C. K. *ibidem N.* 7. *utraque pars delineata.*

5. In alio simili K. et R. crucigerum. *ibidem N.* 8.

6. In alio K. P. *ibidem N.* 9.

XXXII.

WLADISLAI I. Poloni stirpis Jagellonicae ab A. C. 1440 ad 1444.

Aurei, et Den. arg. ac unus aeneus.

a) *Aurei simplices.*

1. S. LADISLAVS REX. Stans coronatus, nimbatus, paludatus, tunicam nodulis adstrictam indutus, d. curtam pro sceptro securim, s. globum crucigerum tenet. Siglae: h. et G.

† WLADISLAVS D. G. R. VNGARIE. Scutum quadripartitum in circulo granulato, continens 1) fascias quatuor Hungariae. 2) Aquilam Poloniae. 3) Equitem Lithvaniae. 4) Crucem patriarchalem Hung. *Tab. 7. Wlad. N.* 1.

2. In alio simili, siglae monetariae h. et I. *ibidem N.* 2.

3. Alius similis.

b) *Denarii* ex vili argento.

1. M. WLADISLAI REGIS. Crux patriarchalis. Siglae monetariae: B et N stelligerum.

In area tribus hemicyclis clausa tres parmulae circa cruculam in medio positam, una videlicet Hungariae fascias exhibens, altera Aquilam Poloniae, tertia Equitem Lithvaniae. *Pond.* 8 *gr. vilioris argenti. Tab. 7. Wlad. N.* 3.

2. In

2. In alio simili pro Notis monetariis est W. et particula forte Minerae, cum duobus globulis desuper. *ibidem N.* 4.

3. Alius similis nihil fere argenti continens habet siglas, P. et A. *ibidem N. 5.*

4. In alio aeque magis cupreo, quam argenteo, siglae: P et duae dextrae junctae. *ibid. N.* 6.

5. In alio simili D. M. *ibidem N.* 7.

6. WLADISLAI REGIS. Siglae detritae.

- - - S REX. *residuum ex nomine* S. LADISLAVS REX, cujus effigiem in hoc denario fuisse, ostendunt partes minus detritae, puta: securis in dextra, et caput coronatum Regis stantis. *Pond.* 7. *gr. vilioris argenti. ibid. N.* 8.

c) *Numus aeneus, nonnihil tamen argenti forte continens.*

1. M. WLADISLAI. DEI. (subintelligitur *Gratia.*) Scutum coronatum complectens utrumque Insigne Regni Hungariae, 4 fascias a dextris, crucem vero patriarchalem a sinistris. In area hinc B. inde aliud quodpiam signum.

† REGIS VNGARIE. CE. Scutum in circulo, exhibens Equitem Jagellonicum Lithvaniae. *Appendit* 3. *drachmas et* 14. *gr. aeris, nonnihil albescentis. Tab.* 7. *N.* 9.

XXXIII.

Monetae Interregni tempore signatae.

Denarii subaerati.

1. Crux patriarchalis anchorata. Siglae: L. inversum, et O. cum flosculo adnexo.
   Pars aversa solam exhibet coronam. *Tab. 7. Wlad. I. N.* 10.
2. In alio simili, siglae S. P. in tertio N. B. et intra coronam flosculus. *Ibidem N.* 11. *et* 12.
3. † MONETA REGNI VNGARIE. Scutum solas 4. fascias Hungariae continens.
   * DALMACIE. CROACIE. ETC. Crux patriarchalis anchorata, siglae B et N. crucigerum. *Pond.* 15. *grana argenti multo aere permixti. Ibidem N.* 13.

XXXIV.

JOANNIS DE HUNYAD Gubernatoris Hungariae, ab A. C. 1446 ad 1452.

a) *Aurei* simplices. R.

1. S. LADISLAVS REX. Hujus Sancti effigies cum attributis, supra in Wladislao I. descriptis. Siglae: N. et parmula formae in Tabula depictae.
   † IOhANES. D. h W R. VNGARIE. GV. *Sic.* Scutum quadripartitum in prima, et quarta areola exhibens quatuor fascias, in secunda Crucem patriarchalem, in tertia Corvum familiae de Hunyad. *Tab. 7. Joh. Hunyad N.* 1.

2. Alius praecedenti similis cum iisdem Notis monetariis. *Ibidem N.* 2.

b) *Den. arg.* R.

1. MONETA. REGNI VNGARIE. Crux duplex anchorata. B. I.

† TEMPORE. IO. GVBERNATOR. Leo erectus, coronatus, caudam habens bifurcatam. *Pond.* 8. *grana argenti multo aere permixti. Ibidem N.* 3.

2. TEMPORE. IO. GVBER. Crux duplex anchorata. B. et N. cum stellula desuper.

† M. REGNI. VNGARIE. Scutum solas 4. fascias continens. *Ibid. N.* 4.

3. Alius similis cum iisdem siglis. *Ibid. N.* 5.

4. In alio simili N. et crucula. *Ibidem N.* 6. Antica inversum habet situm in Tabula.

5. In alio simili, Notae monetariae detritae. *Ibidem N.* 7.

XXXV.

Ladislai *Posthumi* Austriaci ab A. C. 1452 ad 1457.

Aurei, et Denarii arg.

a) *Aurei simplices.*

1. S. LADISLAVS REX. Solita hujus Sancti effigies. K. G.

† LADISLAVS D. G. R. VNGARIE. Scutum quadripartitum in circulo granulato, exhibens



1) Fascias 4. Hung. 2) Leonem Boh. 3) Aquilam Morav. 4) Fasciam unicam Austr. *Tab.* 8. *Ladisl. N.* 1.

2. Alius cum K. et G. crucigero. Prope caput S. Ladislai stantis occurrit quaedam protuberantia, et tres globuli, seu puncta. *ibidem N.* 2.

3. Alius primo similis, cum K. h. *ibid. N.* 3.

4. In alio simili K. P. *ibidem N.* 4.

5. In alio K. et P. crucigerum. *ibidem N.* 5.

6. In alio simili, K. R. *ibidem N.* 6.

7. Alius similis, in quo pro Siglis monetariis N. et parmula exhibens coronam cum flosculo desuper. *ibidem N.* 7.

8. Alius cum iisdem Notis monetariis. *ibidem N.* 8.

9. In alio simili N. et parmula ovalis exhibens florem cum bulbo, vel radicula. *Ibidem N.* 9.

10. S. LADISLAVS REX. Consueta effigies hujus Sancti cum securicula tribus foraminibus conspicua. Siglae: K. G.

In Scuto partis Aversae quadripartito: Fascia Austriae est in tertia areola, Aquila vero Moraviae in quarta, adeoque alio ordine, quam in praecedentibus aureis. *ibidem N.* 10. R.

11. Alius praecedenti similis cum siglis h. et O. *ibidem N.* 11.

b) *Denarii ex argento, plus, minus puro, ut ipse color indicat.*

1. M. LADISLAI R. VNGA. Protome Ladislai Postumi dimidio corpore, coronati, paludati, dextra bipennem pro sceptro, sinistra globum crucigerum tenentis. Infra: K. G. et tres globuli.

Aversae nulla inscriptio. In area tribus hemicyclis clausa, duo Scuta Regni Hungariae ad sese inclinata infra Coronam. *Pond.* 6. *gr. Nigrescit. ibidem N.* 12. *Rarus ob effigiem.*

2. S. LADISLAVS REX. Effigies hujus Sancti solitis cum attributis.

M. LADISLAI. R. V-- Crux patriarchalis anchorata, insistens Tricolli. Siglae. H. h. *Pond.* 6. *gr. albescit. ibidem N.* 13. R.

3. MONETA LADISLAI. Crux patriarchalis Coronae insistens.

† REGIS VNGARIE. ETC. Scutum bipertitum exhibens 4 fascias Hung. et Leonem Boh. *Pond.* 8. *gr. nigrescit. ibidem N.* 14.

4. MONETA LADISLAI. Crux patriarchalis sine Tricolle. Siglae: K. R.

† REGIS VNGARIE. ETC. Scutum fasciatum Hung. *Pond.* 8. *gr. subalbus. ibidem N.* 15.

5. ---SLAI. DEI G. Crux patriarchalis K. R.

Aversa eadem, quae in praecedente. *ibid. N.* 16.

6. M. LADISLAI R. VNGARIE. Crux patriarchalis K. et R.

In area tribus hemicyclis clausa quatuor scutula, medium Hungariae, reliqua Bohemiae, Austriae, et Moraviae. *Pond.* 7. *gr. nigrescit. ibidem N.* 17.

7. In alio simili: L. P. *ibidem N.* 18.

8. Alius similis cum S. D. *ibidem N.* 19.

XXXVI.

MATTHIAE *de Hunyad, vulgo Corvini,* ab A. C. 1458 ad 1490.

Aurei, Grossi, Denarii, Oboli arg.

a) *Aurei cum effigie Mariana, et S. Ladislai, pondere hodiernorum simplicium.*

1. MATHIAS D. G. R. VNGARIE. *literis monasticis.* Beata Virgo *velata* sedens cum Jesulo in dextro sinu. Infra iconem Corvus annuliger.
- S. LADISLGAVS REX. *Sic errore Incisoris.* Effigies Sancti Ladislai solitis cum attributis, sed in hoc aureo negligenter facto sinistra figurae manus fracta, digitis cum globo crucigero avulsis. Pro siglis N. et malleolus. *Tab.* 8. *Matthiae N.* 1.

2. Alius iisdem cum inscriptionibus, ac figuris melius elaboratis. Siglae: N et in parmula malleoli decussati. *Ibidem N.* 2.

3. Alius similis, cum iisdem Notis monetariis. *ibidem N.* 3.

4. Alius, in quo Deipara *coronata* culcitrae insidet, reliqua ut in praecedente. *ibidem N.* 4.

5. Alius huic similis, sed Notae monetariae N. et AL. *Perforatus ibidem N. 5.*

6. MATHIAS D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens in culcitra d. Jesulum tenet. Infra: Corvus annuliger.

S. LADISLAVS REX. Stans hic sanctus coronatus, nimbatus, palliatus, tunicam nodis adstrictam indutus, dextra curtam securim, sinistra extenta globum crucigerum ad sese inclinatum tenet. Siglae hinc h. inde M. cum infra posito T. *Tab. 9. Matthiae I. N. 6.*

7. MATHIAS D. G. R. VNGARIE. *Scriptura ad Romanam accedente.* Beata Virgo coronata, sinistrorsum conversa sedens cum Jesulo in manu sinistra. Ante illam flosculus in urceolo. Infra vero Corvus annuliger.

S. LADISLAVS. REX. Stans hic Sanctus solitis cum attributis. Siglae K. et X. cum transversa lineola. *ibidem N. 7.*

8. MATHIAS D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata cum Jesulo a dextris, sedens in culcitra. Infra: Corvus annuliger.

Aversa erhibet nomen et effigiem solitam Sancti Ladislai. Siglae: h. T. *ibidem N. 8.*

9. Alius similis, cum exiguo discrimine in vestitu. *ibidem N. 9.*

10. Alius cum iisdem siglis N. et T. *ibidem N. 10.*

11. In alio simili pro siglis N. et parmula, in qua duae glandes ex duobus ramusculis pendentes. *ibidem N. 11.*

12. In alio simili siglae: N. et parmula tres conchas exhibens. *ibidem N.* 12.

13. Alius, in quo Deipara velata sedens cum Jesulo a dextris, inter duos urceolos florigerros; infra vero Corvus annuliger insistit ramusculo. Reliqua ut in prioribus aureis, sed Siglae in hoc K. et G. *ibidem N.* 13.

14. In alio simili Notae monetariae K. A. *ibid. N.* 14.

15. MATHIAS D. G. R. VNGARIE. *charactere ad Romanum propius accedente.* Deipara coronata, sinistrorsum versa, sedens cum Jesulo in manu sinistra. Ante illam urceolus floriger; infra vero Corvus annuliger.

S. LADISLAVS REX. Stans hic Sanctus consuetis cum attributis. Siglae: K. P. *ibid. N.* 15.

16. Inscriptiones charactere iterum monastico. Deipara coronata exhibetur iterum cum Jesulo a dextris, sedens in culcitra; corvus annuliger sine ramusculo. Pars aversa more solito nomen et imaginem S. Ladislai habet. Siglae K. P. *ibidem N.* 16, *sola Antica delineata.*

17. In alio simili pars Aversa pro siglis habet N. et binas glandes in parmula. *ibidem N.* 17.

18. In alio N. et Cygnus in parmula. *ibidem N.* 18.

19. Alius cum K. P. *ibidem N.* 19.

20. MATHIAS D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens in cathedra cum Jesulo in manu dextera. Infra: Corvus annuliger.

Nomen et effigies S. Ladislai solitis cum attributis. Siglae h. et M. cum infra posito T. *ibidem N.* 20.

21. Alius similis, sed in quo siglae N. et Cygnus in parmula. *ibidem N.* 21.

22. MATHIAS * D * G * R * VNGARIE. Effigies Deiparae coronatae sedentis cum Jesulo a dextris, ad latera flores in urceolis. Corvus insistit ramusculo.

S. LADISLAVS. REX. Hujus effigies consueta. Siglae K. et P. cum infraposita rosula. *Ibid. N.* 22.

23. Alius similis exiguo in figuris, et literis cum discrimine. *ibidem N.* 23.

24. Alius cum figura paullo rudiore imaginis Marianae. *ibidem N.* 24.

25. In alio simili est forma cathedrae, in qua Deipara cum Jesulo sedet, paullo diversa, et a dextris multi globuli, velut puncta occurrunt. *Ibidem N.* 25.

b) *Alii Aurei Corviniani sine icone Mariana, cum Scuto.*

26. S. LADISLAVS REX. *charactere monastico.* Consueta hujus Sancti effigies.

† MATHIAS. D. G. R. VNGARIE. Scutum circulo granulato inscriptum, quadripartitum, continens in primo, et secundo quadrante utrumque Insigne Regni Hung. fascias nempe, et crucem patriarchalem, in tertio Corvum gentilitium, in quarto leonem Boh. *ibidem N.* 26.

27. Alius similis cum Notis monetariis N. et E. vel C. *ibidem N.* 27.

28. In alio simili Notae monetariae h. et W. inversum. *ibidem N.* 28.

29. S. LADISLAVS. REX. Stans hic sanctus coronatus, nimbatus, palliatus, tunicam nodulis adstrictam indutus, d. curtam securim, s. globum crucigerum ad sese inclinatum tenet. Siglae: h. T.

MATHIAS D. G. R. VNGARIE. *sine crucula nomini praefigi solita.* Scutum in circulo granulato, complectens utrumque Insigne Regni Hung. Corvum gentilitium annuligerum, et leonem Bohemiae. *Tab.* 10. *N.* 29.

30. In alio simili globus cruciger, quem S. Ladislaus tenet, est fasciatus, et pro Notis monetariis est N. ac duo malleoli decussati in parmula. *Ibidem N.* 11.

31. et 32. In aliis duobus ejusdem inscriptionis ac typi, annulus, quem in Scuto partis Aversae Corvus rostro gerit, habet gemmam. *ibidem N.* 31. *et* 32.

33. Alius cum iisdem in Antica siglis, videlicet N. et malleolis decussatis in parmula. *ibidem N.* 33.

34. Alius cum N. et tribus conchis in parmula. *ibidem N.* 34.

35. In alio simili N. et rota in parmula. *ibidem N.* 35.

36. In alio N. et crucula anchorata. *ibidem N.* 36.

37. In alio K. et capreolus in parmula. *ibidem N. 37.*
38. Alius, in quo K. et scutulum horizontaliter divisum, tres baltheos supra, et cruculam radiatam inferius exhibens. *ibidem N. 38.*
39. In alio K. et parmula fasciatà. *ibid. N. 39.*
40. In alio K. et alterum K. cum infra posita parmula fasciata. *ibidem N. 40.*
41. In alio, h et crucula anchorata simplex. *ibidem N. 41.*

c) *Argentei Grossi Corviniani cum effigie Mariana.*

1. PATRONA hVNGARIE. Beata Virgo velata sedens d. Jesulum gerit. Notae monetariae: K. et monogramma ex A. T. V.

   MONETA. MAThIE. REGIS. VNG. Scutum quadripartitum, in quo 1) quatuor taeniae. 2) Crux patriarchalis Hung. 3) tria capita coronata Dalmatiae. 4) Leo Bistricensis: et in horum medio Corvus annuliger in parmula. *Pond.* 58. *gr. Tab.* 10. *N.* 42.
2. Alius similis cum K. et A. *pond.* 50. *gr. ibidem N.* 43.
3. In alio simili K. G. et inter insignia partis aversae *leo Bistricensis* coronam pede anteriore tenens, rectius quam in prioribus expressus. *Pond.* 45. *gr. ibidem N.* 44.
4. In alio simili K. P. *pond.* 47. *gr. ibidem N.* 45.

5. PATRONA VNGARIE. Deipara velata Jesulum dextra tenens lactat. Siglae: R. et parmula Austriaca.

† MONETA MATHIE REGIS VNGARIE. Scutum continens utrumque Insigne Regni Hungariae, tria capita Dalmatiae, leonem Bistricensem, et in medio Corvum ramusculo insistentem parmulae inscriptum. *Pond.* 52. *gr. ibidem N.* 46.

6. GROSSVS WRATISLAVIENSIS. Effigies S. Johannis Baptistae stantis, barbati, nimbati, togati, praecincti, manu sinistra discum tenentis cum Agno superposito, qui in hoc Numo jam detritus est, eundemque Agnum extento alterius manus digito monstrantis.

† MATHIAS PRIMVS D. G. R. BOHEMIE. Scutum, in quo sunt 1) fasciae quatuor Hungariae. 2) Leo Bohemiae. 3) Bosculus Lusatiae. 4) Aquila Silesiae. 5) Corvus annuliger Hunyadianus ramusculo insistens in parmula medium occupante locum. *Pond.* 35. *grana argenti aere mixti. Ibidem N.* 47.

d) *Denarii arg. Corviniani cum icone Mariana, albi.*

1. PATRONA REGNI VNGARIE. Beata Virgo velata sedens d: Jesulum. Siglae: B. S.

M. MATHIE REGIS VNGARIE. *literis monasticis.* Scutum exhibens insignia Hungariae, Dalmatiae, Bohemiae, et in medio parmulam cum corvo. *Pond.* 10. *gr. ibidem N.* 48.

In his, et compluribus aliis denariis Corvinianis Insignia Dalmatiae, et Bohemiae adeo male sunt expressa, ut vix discerni queant, et pro capitibus leopardinis interdum scutula coronata exhibeant.

2. Alius similis, cum inscriptione minus legibili, *ejusdem ponderis. Ibidem N.* 49.

3. In alio pro Siglis Aversae detritae: L inversum, et A. *ibidem N.* 50.

4. Alius cum K. V. *Pond.* 8. *gr. ibidem N.* 51.

5. In alio ex parte B. Virginis hinc K. inde parmula duabus taeniis divisa. *Pond.* 9. *gr. Tab.* 11. *N.* 52.

6. In alio simili K. et parmula baltheo et per fasciam divisa, supra quam est R. *pond.* 9. *gr. ibid. N.* 53.

7. PCTA -- VT. *mendo Monetarii* pro PATRONA HVNG. Beata Virgo coronata sedens d. Jesulum nimbatum.

† MONET -- GARIE. Scutum continens utrumque Insigne Regni Hungariae, Capita duo Dalmatiae (tertio non apparente propter parmulam gentilitiam in medio Scuti positam) et leo Bohemiae. Infra est aliud minus scutulum fasciatum. *Pond.* 9. *gr. ibidem N.* 54.

8. PATRON. VNGARIE. Deipara coronata, nimbata d. Jesulum nimbatum tenens. K. P.

† M. MATHIE. R. VNGARIE. *nonnullis literis detritis.* Scutum exhibens Insignia supra recensita, et Corvum annuligerum ramusculo insistentem in parmula. *Ibidem N.* 55.

9. Alius similis cum K. et P. ac rosula infra posita. *Pond.* 10. *gr. ibid. N.* 56.

10. In alio simili est K. et aliud signum quod videatur *ibidem N.* 57.

11 — 14. Alii quatuor differunt a prioribus icone Beatae Virginis coronatae, sinistrorsum conversae, cum Jesulo in manu sinistra. Siglas vero habent primus D. cum glande infraposita, alter V. cum infraposito A. tertius H et P. quartus K. et P. cum infraposito V. Vid. *Tab. XI. sub N.* 58. *et seqq.*

e) *Alii Denarii* Corviniani, *sine icone Mariana, deterioris metalli, ruffescentes, aut nigri.*

15. REGIS hVNGARIE. *in fine rosula.* In medio Crux patriarchalis anchorata, et I. K. sive potius K. I. nam in *Tabula* 11. haec pars Numi sub N. 62. delineata situm habet inversum. Pars altera est, ut in sequente Denario.

16. † MONETA MAThIE. RE. Scutum quadripartitum, primo, et quarto loco exhibens quatuor taenias Hungariae, in secunda vero area Leonem Boh. et in tertia Corvum gentilitium.

REGIS hVNGARIE. Crux patriarchalis anchorata: Siglae: B. S. non S. B. uti haec Pars inverso situ depicta habet. *ibidem N.* 63.

17. † MONETA MAThIE DEI GR. Scutum bipertitum, in quo a dextris quatuor taeniae Regni Hung. a sinistris Corvus annuliger Hunyadianus.

REGIS HVNGARIE. Crux patriarchalis anchorata, et N. E. *ibidem N. 64. Exempla 6. variantibus notis monetariis.*

18. † MONETA. MAThIE. DEI G. Scutum fasciatum Hungariae.

REGIS hVNGARIE. C. Crux patriarchalis anchorata. Siglae, k et h. In delineatione pro K. apparet glans. *ibidem N. 65.*

19. † MONET. MAThIE. D. GR. Corvus annuliger in ramusculo. C. S.

† REGIS hVNGARIE. Scutum coronatum bipertitum, a dextris fascias, a sinistris crucem duplicatam Hungariae complectens. *Ibidem N. 66.*

20. † MON. MAThIE D. G. R. In area tribus hemicyclis clausa Scutum exhibens Corvum annuligerum ramusculo insistentem. Supra Scutum rosula.

† VNGARIE. DALM. --C. In simili area Scutum fasciatum Hungariae, et rosula desuper. *Numus in margine fractus. Ibidem N. 67.*

21. † MONETA MAThIE DEI G. Corvus annuliger in ramusculo, et N. E.

REGIS hVNGARIE. Scutum coronatum, in quo fasciae dextram. Crux duplex anchorata, sinistram obtinet. *Ibidem N. 68.*

22. MON - - - Crux patriarchalis anchorata. Siglae: S. et aliud quodpiam signum.

Inscriptio Aversae illegibilis. In medio vestigia cujusdam figurae, quam delineator pro

Capite humano habuit, quale proponitur in eadem *Tab.* 11. *N.* 69.

f) *Obuli Corviniani.*

23. M. Aquila Silesia in Scuto.

M. Aliud Scutum in quo 4. fasciae Hung. et Leo Boh. sigla: P. *Pond.* 3. *grana argenti multo aere mixti. Ibidem N.* 70.

24. Protome Deiparae velatae cum Jesulo nimbato a sinistris. Notae monetariae K. D.

Scutum continens utrumque Insigne Hung. item Capita Dalmatiae, ac leonem Bistricensem, in medio autem Corvum in parmula. *Pond.* 6. *gr. paullo melioris argenti. ibidem N.* 71.

g) His accedunt duo alii Numi, de quibus incertum, sintne sub Matthia Corvino, an potius propter fabricae elegantiam sub Wladislao II. aut Ludovico II. signati?

25. Protome adversa Regis coronati, barbati, paludati, dextra sceptrum bipenniforme, sinistra globum majusculum crucigerum tenentis. Notae monetariae: K. P.

Pars aversa sine literis exhibet in Scuto utrumque Insigne Regni Hungariae. *Denarius in margine laesus. pond.* 7. *grana argenti sat probi. Ibidem N.* 72.

26. Rex coronatus, barbatus, palliatus, tunicam nodulis adstrictam indutus, stans, dextra tenet curtam securim, sinistra globum crucigerum.

Pars

Pars aversa est vacua, glabraque. *Numulus aereus, crassiusculus, in quo etsi nullus nimbus caput ambiat, videtur tamen esse effigies Sancti Ladislai.*

SERIES VIII.

Monetae, et Numismata Saeculi XVI.

XXXVII.

WLADISLAI II. *Bohemi*, Stirpis Polonicae ab A. C. 1490 ad 1516.

Monetae aureae, et argenteae, sine, et cum anno cusionis, nec non majoris formae Numismata.

a) *Aureae monetae sine anni nota.* Sunt omnes Aurei simplices, nisi aliud notetur.

1. WLADISLAVS R. VNGARIE. Deipara coronata sedens in culcitra d. tenet Jesulum. Infra iconem Aquila Polonica.

   S. LADISLAVS REX. Stans coronatus, nimbatus, paludatus, tunicam nodulis adstrictam indutus, d. brevem securim, s. globum crucigerum inclinatum gerit. Siglae: N. et capreolus. *Tab.* 11. *Wladisl. N.* 1.

2. In alio simili Jesulus quatuor radiis illustratur. Siglae in Aversa sunt Leunculus, et incertum quid aliud. *ibidem N.* 2.

3. WLADISLAI: D: G: R: Beata Virgo coronata in culcitra sedens, et sub pedibus lunam bi-

cornem habens dextra tenet Jesulum. Infra lunam Aquila Polonica.

S: LADISLAVS: REX. Stans hic Sanctus coronatus, palliatus, *loricatus*, dextra bipennem, cum longo manubrio, sinistra tenet globum crucigerum fasciatum. K. h. *Aureus perforatus supra coronam. ibidem N.* 3.

4. WLADISLAVS. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens inter duo candelabra lucentia d. tenet Jesulum.

S. LADISLAVS REX. Effigies hujus sancti uti Num. 1. Siglae: hinc N. inde tres stellulae, et super has pisciculus in vasculo. *ibidem N.* 4.

5. WLADISLAVS R. VNGARIE. *in fine rosula.* Deipara coronata sedens inter 4. pyramidulas, d. tenet Jesulum. Infra: Aquila Polonica.

Nomen, et effigies S. Ladislai, ut in praecedente. Sigla unica N. *Tab.* 12. *N.* 5.

6. WLADISLAI: D: G: R. VNGARI. Deipara coronata sedens in cathedra duabus arbusculis ornata, d. tenet Jesulum. Infra est aquila Polonica.

S. LADISLAVS: REX .·. Stans coronatus, nimbatus, palliatus, tunicatus d. brevem securim ter perforatam, s. globum crucigerum fasciatum. Siglae: k. h. *ibidem N.* 6.

7. WLADISLAVS R VNGARIE. Effigies Deiparae differt a praecedentibus forma coronae duobus circulis clausae. Sedet inter quatuor arbuscu-

las, ac Jesulum nimbatum dextra tenet. Sub pedibus Aquila Polonica.

In Aversa praeter nomen, et effigiem consuetam S. Ladislai Notae monetariae sunt h. et Capreoli telo transfixi pars anterior. *ibid. N.* 7.

8. Eadem inscriptio. Effigies Deiparae in cathedra sedentis, coronatae, cum Jesulo a dextris: infra quam Aquila Polon.

Nomen, et icon S. Ladislai stantis more solito. Siglae N. et parmula exhibens arma Comitis Camerae Nagybanyiensis Davidis Berend, sagittam nempe, infixam lunae cornutae inter duas stellas. *ibidem N.* 8.

9. WLADISLAVS: R: VNGARIE. Deipara coronata sedens inter 4. columellas, dextra gerit Jesulum. *Infra:* Aquila Pol.

Nomen S. Ladislai, et solita ejusdem imago. Siglae: N. et conchae tres in parmula. *ibidem N.* 9.

10. Alius cum iisdem inscriptionibus, et iconibus paullo majori forma expressis. Praeterea ad unicum tantum latus Beatae Virginis conspiciuntur duae columellae, et ad latus S. Ladislai unica sigla N. *ibidem N.* 10.

11. Alius, in quo Deipara inter 4. arbusculas sedet, et ad latera S. Ladislai siglae sunt: h et Capreolus adsiliens. *ibidem N.* 11.

12. WLADISLAI: D. G: R: VNGARI. Deipara coronata sedens in throno floribus ornato d. tenet Jesulum. Infra est Leo Bohemiae in parmula.

S: LADISLAVS: REX.·. Stans hic Sanctus coronatus, nimbatus, palliatus, togatus d. brevem securim ter perforatam, s. extenta globum crucigerum inclinatum. Siglae hinc K. inde P. cum infra posito E. *ibidem N.* 12.

13. WLADISLAVS: D: G: R: VNGAR. Deipara coronata sedens in solio arcuato dextra tenet Jesulum exigua corona ornatum. In area vasculum florigerum, et globuli sparsi. Infra iconem parmula exhibens leonem Bohem.

S. LADISLAVS: REX. Consueta effigies hujus Sancti. Siglae: k. et q. *ibidem N.* 13.

b) *Aurei cum anno cusionis, praecedente majoris formae Numo.*

14. SANCTVS. LADISLAVS. REX. VNGARIE. Effigies hujus Sancti in Equo ad cursum concitato, dextrorsum tendentis, galeati, coronati, gladio hungarico succincti, d. habenas equi, s. hastam bipenniformem transversam tenentis; occurrente superius imagine Deiparae coronatae Jesulum dextro sinu gerentis intra lunam bicornem. Aream claudit circulus granulatus, et circumposita liliola.

* MONETA. WLADISLAI. D. G. REGIS. VNGARIE. 1500. Circulus granulatus, in quo Scutum continens Insignia Hungariae, Dalmatiae, Bohemiae, et in medio Aquilam Polonicam parmulae insertam. Extra Scutum a dextris legitur KREMITZ. a sinistris: TVRSO. *Numisma*

aureum pondere 12. *ducatorum. Tab.* 13. *Wlad. II. N.* 20. RR.

Aliud aureum Numisma Anni 1508. quod Wladislaus II. ob coronationem filii sui feriundum curaverat, videatur in Ludovico II. Sequentes vero aurei sunt omnes iterum simplices.

15. WLADISLAI. D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens in culcitra, d. tenet Jesulum, Sub pedibus luna bicornis; infra hanc Aquila Polonica.

S. LADISLAVS REX. 1510. Stans hic Sanctus coronatus, nimbatus, loricatus, palliatus, d. brevem securim, s. globum crucigerum fasciatum tenet. Siglae: K. G. id est: *Kremniz. Georgius Turso. Tab.* 12. *N.* 14.

16. Alius similis, anni 1512. cujus sola pars adversa proponitur in eadem *Tab.* 12. *N.* 15. ob effigiem Marianam a priore discrepantem, qualis et in sequente aureo recurrit.

17. WLADISLAI D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens intra lunam bicornem, dextra elevata pomum, sinistra Jesulum tenet. Infra est parmula gentilitia exhibens aquilam polonicam.

S. LADISLAVS REX. 1512. Stans coronatus, palliatus, loricatus solitis cum attributis. Siglae: H. et Monoceros dimidium expressus. *ibidem N.* 16.

18. Alius anni 1514. differt icone B. Virginis, Jesulum dextra gerentis. Praeterea in uno lunae, sub pedibus positae, cornu insidet

aviculа: et Aquila Polonica occurrit sine parmula. Vid. *Tab. ead. N.* 17.

19. In alio anni 1515. Deipara coronata, nimbata, intra lunam bicornem sedens, dextra tenet palmam pro sceptro, sinistra Jesulum nimbatum. Infra est parmula exhibens Aquilam Polon. *Ibidem N.* 18.

20. WLADISLAI D. G. R. VNGARIE. Effigies Deiparae, ut in praecedente, sed cum Sceptro liligero.

S. LADISLAVS REX. 1516. Solita hujus Sancti effigies. Siglae: H. et Monoceros. *Pars antica videatur ibidem N.* 19.

c) *Monetae argenteae.* Numismata magni moduli.

1. SANCTVS. LADISLAVS. REX. VNGARIE. Effigies hujus Sancti in Equo decurrentis, cum omnibus illis attributis, quae sunt descripta in Aureo numismate sub Num. 14.

MONETA. WLADISLAI. D. G. REGIS. VNGARIE. 1501. *pro interpunctionibus sunt rosulae: characteres monastici.* Scutum exhibens insignia Hung. Dalm. Boh. et in medio Aquilam Polonicam parmulae insertam. Extra scutum in latere dextro: KREMITZ. in sinistro: TVRSO. *Pond.* 3¼. *Semuncias probi argenti.* ad pondus Viennense. *Tab.* 13. *N.* 21. R.

2. SANCTVS. LADISLAVS. REX. VNGARIE. Effigies hujus Sancti galeati, coronati, loricati, ocreati, calcaribus instructi, in Equo decurrente a sinistris dextrorsum, manu dextra tenentis lan-

ceam, sinistra habenas Equi, et pro gladio appensam habentis clavam ferream. In area superiore icuncula Mariana intra lunam bicornem. Quae omnia clauduntur circulo granulato, et circumpositis liliolis.

MONETA. WLADISLAI. D. G. REGIS. VNGARIE. *pro interpunctionibus sunt foliola crispa singulis vocibus interposita.* Scutum corona clausa coronatum, in quo haec sunt: Medium, seu cor Scuti occupat parmula bipertita, aquilam gentilitiam Regis Wladislai II. et duos leones gentilitios Reginae Annae Candalensis, al. Foxiae, exhibens. In octo autem areis, in quas totum Scutum dividitur, latus dextrum continet 1) quatuor fascias. 2) Crucem patriarchalem Hungariae. 3) tria Capita coronata Dalmatiae. 4) Leonem coronatum Bohemiae. Sinistrum vero latus complectitur. 5) Catenulas Navarrae. 6) quatuor palos Arragoniae. 7) duos bosculos Lusatiae superioris, et inferioris. 8) tria lilia Franciae, et Scalas Vasconiae. Extra scutum in utroque latere occurrit Strobilus, encarpis, alarum instar, ornatus. Pond. 2½ Semunc. argenti probi. *Ibidem N.* 22.

3. SANCTVS. LADISLAVS. REX. VNGARIE. 1506. Effigies ejusdem Sancti in Equo dextrorsum currente sedentis, galeati, coronati, loricati, gladio incurvo praecincti, dextra elevata bipennem vibrantis, sinistra demissa Equum

regentis. In area superiore, iconcula Mariana. Circulus, in quo haec sunt, ornatur liliolis.

MONETA. WLADISLAI. D. G. REX. *Sic.* VNGARI. Scutum coronatum continens eadem insignia, quae in praecedente Numo descripta sunt. Extra scutum legitur hinc: KREMIZ. inde. TVRSO. *Pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 23.

4. Alius praecedenti similis, eodem anno 1506. signatus, habet in area juxta effigiem sancti Ladislai in Equo decurrentis etiam partis aversae typum leniter incusum, ex quo praecipua apparent insignia Regni Hungariae Crux patriarchalis, et 4. fasciae. *Pond.* 2¼ *Semunc. argenti.* RR.

5. 6. et 7. Accedunt alii tres ejusdem anni 1506. ponderibus tantum ab illo, qui sub Num. 3. describitur, ac ead. *Tab.* 13. *N.* 23. depingitur, diversi, quorum unus appendit 2¼ *Semunc.* alter 1¼ *Semunc.* tertius tantum *Semunciam* probi argenti.

d) *Minor moneta argentea. Grossi, denarii, Obuli.*

1. *Grossus*, typo, ac diametro denarii hungarici, crassitudine, et valore decem denariorum, qui sic habet:

PATRONA. VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum in gremio. Notae monetariae: K. G.

WLADISLA. R. VNGARI. 1510. Scutum, in quo 4. fasciae, Crux duplex, capita Dalmatiae,

Leo Boh. et in medio parmula exhibens aquilam Poloniae. *Vid. Tab.* 14. *Wladisl. II. N.* 32.

Denarii cum icone Mariana, sine cusionis anno.

2. PATRONA VNGARIE. Beata Virgo coronata, nimbata, sedens cum Jesulo aeque nimbato, in sinu dextro. Siglae: k, et monogramma ex C. I.

M. WLADISLAI. R. VNGARIE. Scutum continens Insignia Hungariae, Dalmatiae Bohemiae, et in medio parmulam, in qua iterum est Leo Bohemiae. Extra Scutum annulus in utroque latere. *Pond.* 8. *gr. albus. Tab.* 14. *N.* 24.

3. Alius similis cum notis monetariis K. et M. cum ff. B. *Pond.* 8. *gr. albus. Ibid. N.* 25.

4. PATRON. VNGARIE. Deipara coronata sine nimbo, sedens d. tenet Jesulum. Siglae: B. H.

WLADISLAI. R. VNGARI. Scutum in quo inter consueta Insignia Hung. Dalm. Boh. medium tenet locum Aquila sine parmula. *Ibid. N.* 26.

5. Alius praecedenti similis habet siglas R. H. *albus. ibidem N.* 27.

6. In alio simili K. h. *ibidem N.* 28.

Alii denarii arg. cum icone Mariana, et cusionis anno. Albi omnes.

7. PATRONA VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum in gremio. P. H.

WLADISLAI. R. VNGARI. 1500. Scutum, in quo praeter Insignia Hungariae, Dalm. Boh. parmula exhibens aquilam gentilitiam tenet medium locum. *Ibidem N.* 29.

8. Alius similis, siglae. K. h. et in aversa est annus 1504. Postrema nota numerica est 2. *ibidem N.* 30.

9. Alius similis cum siglis K. H. et anno 1507. *ibidem N.* 31.

10. In alio simili K. G. et annus 1511. in Aversa Partem anticam vide *ibidem N.* 33.

11. Alius similis cum K. G. et in aversa ann. 1514. Pars antica est *ibidem N.* 34.

Denarii sequentes icone Mariana carent, et sunt fere toti cuprei.

12. † REGIS VNGARI. CET. *literis detritis.* Scutum, in quo utrumque Insigne Regni Hung. Siglae: B. h.

† MONETA WLADISLAI. DE. *Sic ex melius conservato.* Aquila Polonica coronata. *Niger. ibidem N.* 36.

13. † MONETA WLADISLAI. DEI. G. Scutum continens 4. fascias, et Crucem patriarchalem Hungariae. Siglae: K. et R.

† REGIS VNGARIE ET CET. *literis male formatis.* Aquila monocephala expansis alis, pectore gerens duas stellulas in parmula. *Niger. ibidem N.* 37.

Sequuntur Obuli Wladislaiani sine inscriptione.

14. Deipara sedens intra lunam bicornem d. tenet Jesulum in gremio. Siglae: N. G. Pars aversa Scutum habet, in quo consueta Insignia Hung. Dalm. Boh. et in medio Aquila Poloniae inscripta parmulae. *Numulus fractus, albus, pond. 4. gran. ibidem N. 25.*

15. Aquila expansis alis, et in aversa parte Corona liliata, duae cruculae, et annulus. *Niger. ibidem N. 28. Exempl. 3.*

XXXVIII.

Ludovici II. vivo patre coronati.

Successit A. C. 1516. obiit 1526.

Numi memoriales, et monetae currentes.

A) *Memoriales, aurei, et argentei.*

a) Ob coronationem vivo patre factam A. C. 1508.

1. WLADISLAVS D. G. R. VNGARIE. ET BOHEMIE. Hujus Caput coronatum, dextrorsum spectans.

LVDOVICVS. FILIVS. R. VNGA. ET BOHEMI. 1508. CORONATVS. Infans capite coronato, sedens in culcitra. *Aur. pond. 4. Ducatorum. Tab. 14. Lud. II. N. 1.*

2. Alius ejusdem inscriptionis, ac typi, sed *argenteus pond.* 1¼ *Semunc.*

b) *In memoriam simul coronationis, simul obitus praematuri.*

3. LVDOVICVS FILIVS R. et reliqua omnia, uti est in parte aversa Numi praecedentis.

1544. BVDA. POTENS. ET. PANNONII. GENS. MARTIA REGNI. QVOD. FVIT. ESSET. SI. VIVERET. ISTE. PVER. Primum, et ultimum hujus inscriptionis vocabulum ornatur duabus rosis. In fine est Galea inter Siglas V. G. quae indicant hoc Numisma prodiisse *Varadini* sub Georgio Martinusio. *Aur. perforatus. pond. quinque Ducatorum. Ibidem N. 2.*

4. et 5. Alii duo Aurei non perforati, similes praecedenti, quorum unus *quinque*, alter *tres aureos simplices* appendit.

6. Alius, sed *argenteus* ejusdem inscriptionis, ac typi, habet literam N. incusam ex parte Ludovici sedentis. *Pond. Semunc. argenti.*

7. Alius aeque argenteus caret hac nota incusa. De his Numis ad *Restitutorum* genus pertinentibus videatur *Notitia Rei Num. Hung. p. 256. seq.*

c) *Numi equestres*, ludorum, an profectionis causa signati?

8. PATRONA VNGARIE. Beata Virgo velata sedens in convexitate lunae bicornis, dextra tenet Jesulum, sinistra sceptrum, circumpositis tribus capitibus Angelorum.

LVDOVIC. HVN. REX. Effigies Ludovici II. galeati, loricati, equo phalerato a dextris sini-

strorsum gradienti insidentis, cum sceptro in dextra. In imo Numi segmento annus 1525. *Aureus, elegantis caelaturae, pondere duorum Ducatorum. Ibidem N.* 3.

9. Alius similis, sed *argenteus pondere* 3. *drachmarum. Tab.* 15. *Lud. II. N.* 4.

d) Numisma *Ludovici II. et Mariae Reginae* nominibus, ae armis insignitum.

10. LVDOVICVS. DEI. GRA. HVNGARIE. BOEMIE. EC. REX. 1525. Protome Regis laureati, barbati, paludati, dextrorsum conversi, cum torque aurei velleris.

DVX. LVCEN. SLESIA. MAR. MORAVIE. ET. LVSACIE. C. Novem Scuta heraldica, quorum duo sub una, eademque corona in medio sita, continent propria Regis *Ludovici II.* et Reginae *Mariae* insignia, addito inferius monogrammate, ex literis initialibus utriusque nominis L. et M. composito, inter Siglas K. et B. quae significant hoc Numisma procusum fuisse Cremnicii sub Bernardo Behaim Comite Camerae. Reliqua septem Scuta in orbem disposita exhibent Insignia Hung. Dalm. Croat. Rasciae, Silesiae, Lusatiae, et Moraviae. *Arg. pond.* 2. *Semunc. ibidem N.* 5.

e) *In memoriam cladis Mohácsianae.*

11. LVDOVIC. VNGA. B. C. REX. CONTRA. TVRCA. PVGNANDO. OCCVBVIT. 1526. ETATIS SVE. 30. *Sic pro* 20. *errore Monetarii.* Protome Regis pi-

leati, ad pectus cum torque aurei velleris, dextrorsum conversi.

† MARIA † REGINA † EC † QVOS † DEVS † CONIVNXIT † HOMO † NO † SE †. Protome Reginae sinistrorsum spectantis, caput pileo, ac vitta muliebri tectae. *Arg. Semunc. ibidem N. 6.*

12. LVDO. VNGARI. BOHE. QVH. REGIS. ET. MARIÆ REGINÆ. DVLCISS. COIVGIS. AC. PROCES. IN. FLAN. Effigies utriusque pectore tenus expressae eodem ornatu, quo in praecedente, numo, sese respicientes.

LVDO. HVNG. BOEM. ZC. REX ANN. AGENS. XX. IN. TVRCAS APVD MOHAZ. CVM. PARVA. SVORVM. MANV. PVGNAS. *Sic.* HONESTE OBIIT. MDXXVI. Supra hanc epigraphen repraesentatio infelicis praelii. *Arg. Semunc. ibidem N. 7.*

13. Alius similis *arg. appendens* 1¼ *Semunc.*

14. MARIE. HVNGAR. BOHEM. EQVÆ. REGINÆ. IAM. PRO. CESARÆ. CAROL. V° IN FLANDRIS EFFIGIES. *Sic in Numo cum totidem in Orthographiam peccatis.* Protome Reginae dextrorsum spectantis, eodem, quo in prioribus Numis amictu, intra arcum, duabus columnis florigeris impositum. Ad latera duo Heraldi, quorum alter Hungariae, alter Bohemiae Scutum coronatum ante se tenet.

Pars Aversa eandem epigraphen, cum repraesentatione praelii habet, quam praecedens Numus. *Arg. pond. Semunc. ibidem N. 8.*

B) *Monetae currentes, aureae et argenteae.*

a) *Aurei* simplices, pondere hodiernorum.

1. LVDOVICI D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata, nimbata, intra lunam bicornem sedens d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum tenet. Infra: Aquila gentilitia in parmula.

S. LADISLAVS. REX. 1517. Stans coronatus, palliatus, loricatus d. longam bipennem, s. globum crucigerum. Siglae H. et Monoceros. *ibidem N.* 9.

2. Alius anni 1518. hoc solo differt, quod B. Virgo pro Sceptro lilia teneat. *Ibidem N.* 10.

3. LVDOVICVS D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum. sub pedibus luna; infra hanc Aquila sine parmula.

S. LADISLAVS REX. 1519. Stans coronatus, sine nimbo, sine pallio, loricatus, d. longam bipennem, sinistra lateri admota globum crucigerum tenet. Siglae: K. G. *ibidem N.* 11.

4. Alius similis, anni 1520. cum K. A, *ibidem N.* 12.

5. LODOVICI. D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens in luna bicorni d. Jesulum, cujus capiti flosculus imminet, s. pomum gerit. Infra est aquila in parmula.

S. LADISLAVS REX. 1520. Stans coronatus, palliatus, loricatus d. hastam longam securiferam, s. globum crucigerum. Siglae: H. et Monoceros. *Ibidem N.* 13.

6. LVDOVICI cet. ut supra. Deipara coronata in luna sedens d. Jesulum nimbatum, s. pomum. Infra: Aquila in parmula.

S. LADISLAVS REX. 1522. Stans coronatus, palliatus, loricatus d. longam bipennem, s. globum crucigerum. Siglae: H. et duo enses decussati cum superposita corona. *Aureus Hermanstadii, seu Cibinii in Transilvania signatus. Tab.* 16. *Lud. II. N.* 14.

7. In alio simili, sed anni 1523. S. Ladislaus est sine pallio. Siglae H. et A. *ibidem N.* 15.

8. In alio simili sed anni 1524. Siglae: h. cum superposita stellula, et parmula crenata. *ibidem N.* 17.

9. Alius similis, sed anni 1526. Siglae: h. infra posito globulo, et duo enses decussati infra coronam. *ibidem N.* 16.

b) *Grossi, et Denarii argentei.*

1. LVDOVICVS D. G. R. VNGARIE. Deipara velata sedens d. tenet Jesulum in gremio. Siglae: L. et K.

MONETA. NOVA. ANNO. DOMINI. 1522. Scutum, in quo a dextris quatuor fasciae, a sinistris Crux patriarchalis in Tricolle. *Numus fractus. pond.* 52. *grana vilioris argenti. Tab.* 16. *Lud. II. N.* 18.

2. Alius similis, anno cusionis detrito.

3. S. MARIA. Protome B. Virginis velatae, nimbatae, cum Jesulo nimbato a sinistris. Infra: LV. *dovicus.*

In

In parte aversa annus 1524. supra Scutum, in quo sunt Insignia Hung. Dalm. Bohem. medium obtinente locum parmula gentilitia, in qua est aquila polonica. Siglae: B. M. *Pond. prope 2. drachm. argenti aere mixti. Ibidem N.* 23.

Sequuntur *Denarii*, ex argento, plus, minus puro, pro omnibus *Ludovici II.* annis. Praecedunt albi, cum inscriptionibus.

4. PATRONA VNGAR. Deipara coronata sedens cu Jesulum. K. G.

LVDOVICVS R. VNGAR. 1516. Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. et in medio aquilam polon. parmulae inscriptam. *Pond. 8. gr.*

5. 6. et 7. Alii tres, annorum 1517. 1518. et 1519. praecedenti similes cum iisdem siglis K. G. *pari pondere. albi omnes.*

8. 9. 10. Alii tres, annorum 1520. et 21. cum siglis K. A. et K. B. ex quibus duo delineati. *Tab.* 16. *Lud. II. N.* 19. *et* 20.

11 — 14. Alii quatuor prioribus similes annorum 1525. et 1526. In uno horum sunt Siglae: K. A. in aliis tribus: K. B. *pond.* 8. *gr. singuli.*

15. et 16. Alii duo, in quibus legitur annus 1527. adeoque ab obitu Ludovici II. proximus, quorum unus cum Sigla C. videatur *ibidem N.* 21. Sed alter cum Siglis L. K. qui serius accessit, habet annum 1527. longe distinctius, quam prior, expressum. R.

Sequentes vero denarii sunt sine inscriptione, plerique nigrescentes.

17. Deipara coronata sedens in culcitra d. Jesulum tenet in gremio. Siglae: L. et S.

Scutum exhibens Insignia Hung. Dalm. Boh. et parmulam cum aquila, supra quod est annus 1521. *Ibidem N.* 22.

18—23. Alii sex, diversorum annorum, et siglarum, sine inscriptionibus, cum icone consueta Deiparae, et scuto memorato. In tribus occurrunt siglae: L. et K. Anni vero cusionis sunt 1522. 1523. et 1524. In totidem reliquis Siglae variant: L. B. vel L. P. vel L. V.

24. Icon Deiparae cum Jesulo a dextris, cum L. et R. quae sunt initiales vocum *Ludovicus Rex.* In area rosulae quatuor.

In parte aversa est Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. et aquilam gentilitiam in parmula. Siglae : P. et M. *pond.* 8. *gr. melioris argenti, quam sit in praecedentibus.*

c) *Numus aereus.*

His accessit *aereus* ex genere *incertorum*, delineatus *Tab.* 16. *sub Num.* 24. propterea, quod nonnullis videatur sub *Ludovico II.* procusus fuisse. Antica offert Caput diadematum, ad pectus cum paludamento, more Caesarum Romanorum aevi Theodosiani. Pars aversa binas Aves intermedio vasculo. Inscriptio nulla.

XXXIX.

Joannis I. *de Zapolya.*

ab A. C. 1526 ad 1540.

Monetae aureae, et argenteae.

a) *Aurei simplices.*

1. IOANNES. D. G. REX VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum, s. pomum. Sub pedibus luna; infra hanc Monoceros in parmula.

S. LADISLAVS REX. 1527. Consueta effigies S. Ladislai stantis coronati, loricati, sed sine nimbo, et sine pallio, d. bipennem s. globum crucigerum tenentis. Siglae: h. et Unicornis. *Tab.* 16. *Ioann. I. N.* 1.

2. IOHANNES D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum. Sub pedibus luna; infra hanc dimidius Lupus supra corbem, vel coronam erectus. insigne Zapolyanum.

S. LADISLAVS REX. 1525. Hujus Sancti effigies, ut supra; differt tamen, quod in hoc manibus lateri admotis, non vero ut in priore extentis, d. bipennem, s. globum crucigerum tenet. Siglae: K. T. *ibidem N.* 2.

3. IOHANNES etc. ut supra. Sed parmula infra iconem Marianam videtur non lupum, sed leunculum continere.

S. LADISLAVS REX. 1531. Stans hic Sanctus coronatus, palliatus, loricatus solitis cum at-

tributis. Pro siglis: Castellum Claudiopolitanum, et L. B. *Ibidem N.* 3.

4. IOHANNES cet. ut supra. Infra iconem Marianam Lupus Zapolyanus in parmula.

S. LADISLAVS REX. 1538. Effigies hujus Sancti, uti N. 2. Pro siglis: Castellum, et L. F. *Ibidem N.* 4.

5. Alius similis, sed pro Siglis Castellum, et monogramma ex F. G. *ibidem N.* 5.

6. IOANNES. D. G. R. VNGARIE. Consueta effigies Mariana, sub qua leunculus in parmula.

S. LADISLAVS REX. 1538. Hujus effigies, uti N. 2. Siglae: Castellum cum infra posito G. et parmula dimidium lupum exhibens, infra quam G. *Ibidem N.* 6.

7. In alio simili aureo annus 1539. Siglae: Castellum cum infra posito P. et Monoceros in parmula, cum alio P. infraposito. *ibidem N.* 7.

8. Alius similis anni 1540. in quo sub icone Mariana leunculus in parmula. *ibidem N.* 8.

9. Alius similis eodem anno 1540. signatus, differt siglis ex parte S- Ladislai, quae sunt hinc H. cum infraposito F. inde duo enses cibinienses sub pileo, et infra positum C. *ibidem N.* 9.

10. In alio simili ejusdem anni, sub Icone Mariana est parmula exhibens Castellum. *ibidem N.* 10.

b) *Argentei, Grossi, ac denarii.*

1. *Grossus.* IOHANNES. D. G. R. VNGARIE. *pro punctis sunt interjectae rosulae.* Deipara velata sedens d. tenet Jesulum in gremio. Siglae: K. T.

MONETA. NOVA. ANNO. DOMINI. 1529. Scutum exhibens Insignia Hungariae, ac Dalmatiae cum parmula gentilitia Lupum continente in medio posita. *Ex argento impuro. pond.* 41. *gran. ibidem N.* 11.

2. *Denarii.* PATRONA. VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum. Sigla: N.

IOANNES: R: VNGARI: 1527. Scutum continens Insignia Hungariae, Dalmatiae, et in horum medio lupum Zapolyanum parmulae insertum. *pond.* 8. *gr. melioris argenti. Ibid. N.* 12. *Exempla* 4.

3. Alius similis anni 1529. Siglae: K. T. sed ex deteriore arg. *nigrescit. ibidem N.* 13.

4. Alius similis anni 1530. aeque nigrescens. *ibidem N.* 14.

Monetas Regum Hungariae pro Sclavonia Saeculo XIII. ac XIV. signatas, quarum iconismos exhibet sequens *Tabula* 17. *a N.* 1. *ad* 10. vide supra jam descriptas in fine Periodi primae. *Serie V. pag.* 57. *seqq.*

CLASSIS III.

Numismata, et Monetae Periodi Tertiae, seu Regum Stirpis Austriacae ab Anno Chr. MDXXVII. ad MDCCCVII. Nec non aliorum his sanguine, vel alia necessitudine junctorum. Ex quovis metallo, potissimum tamen ex auro, et argento.

SERIES IX.

Continuatio Numorum Saeculi XVI.

XXXIX.

FERDINANDI I. *Regis Hung. ab A. C.* 1527 *ad* 1564.

Numismata, et Monetae.

A) *Numismata varii argumenti.*

a) *Iconica Ferdinandi, et Annae, Conjugum.*

1. † EFFIGIES FERDIN. PRINCIP. ET INFANT. HISPAN. ARCH. AVSTR. ET RO. IMP. VICAR. AN. ETAT. SVE XXI. Protome Ferdinandi Archiducis, nondum Regis Hungariae, jam tamen Vicarii Imperii Romani, capite pileato, cultu Tyrolensi, dextrorsum spectantis, ad pectus cum aureo vellere, pendente ex ligula.

† EFFIGIES SER. ANNE. HVGA. *Sic.* REGINE. ARCH. AVSTR. DVCISS. BVRG. ET COM. TVRO (*sic pro* TYRO.) AN. ÆTA. SVE. XX. Protome *Annae*, jam Reginae Hungariae titulum habentis, amictu aeque Tyrolensi, capite pileato, et vittato. *Arg. pond.* $3\frac{1}{4}$ *Semunc. Tab.* 17. *Ferd. I. N.* 1.

Ex Analibus constat, *Ferdinandum I.* et *Annam* Wladislai II. filiam uno eodemque anno 1503. natos fuisse, sed illum die 10. Martii, hanc vero 20. Julii. Hoc itaque Numisma, in quo *Ferdinandus* agit annum aetatis suae 21, *Anna* vero 20, procusum est inter 10. Martii, et 23. Julii anno 1524. et quidem durantibus Comitiis Norimbergensibus, quae anno nunc memorato in Aprili absoluta fuere praeside eodem Ferdinando, jam Romani Imperii Vicario, quem titulum in Numis praecedente anno signatis, nondum habet. Est autem Inscriptio istorum sequens: FERD. ARCH. AVSTR. ET ANNE HVH. REG. CONIVGV. EFFIGIES. ÆTA. VTRIVSQ ANNO. XX. in medio autem additur: MDXXIII.

2. FERDINAND. ET ANNA. RO. VNG. BO. REX. ET RE. 1536. Protome utriusque, Capitibus coronatis, jugatis, Ferdinandi loricati, ad pectus cum torque aurei velleris, Annae vero cum eodem aureo vellere ex filo unionum pendente.

INF. HISPA. ARCHIDVX AVST. DVX. BVRGVND. SILES. MARCH. M. Aquila simplex alis expansis, in pectore habens scutum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Austr. Burgund. Castiliae,

et Legionis. *Arg. Semunc. perforatus. Tab.* 18. *Ferd. I. N.* 8.

3. Eadem capita jugata Ferdinandi I. et Annae, sine inscriptione.

Pars aversa solam habet epigraphen hanc: FERDINANDVS. ET ANNA. ROM. HVNG. BOHE. REX. ET. REGINA. ARCHID. AVST. DVC. BVRG. ETC. *Arg. Semunc. ibidem N.* 9.

4. FERDINANDVS. ROMANORVM. HVNGARIAE. BOHEMIAE. REX. MDXXXVII. Protome sinistrorsum spectans Regis pileati, ad pectus cum aureo vellere ex ligula. Retro rupes.

ANNA REGINA. HVNGARIAE. CONIVNX FERDINANDI. MDXXXVII. Protome Reginae pileatae, vittatae, amictu tyrolensi. Ante illam rupes. *Aereus magni moduli, elegantis fabricae. ibidem N.* 7.

b) *Numi Ferdinando I. oblati a provinciis haereditariis, dum earum possessionem adiret.*

5. † FERDINAND. D. G. HVNG. BOEM. DAL. CROA. ZC. REG. INF. Rex coronatus, loricatus, Equo, parmula Austriaca ornato, insidens, d. sceptrum gerit, adstantibus Proceribus quatuor cum vexillis Hung. Boh. Austr. et aliis quatuor ad genua provolutis. Ante equum canis venaticus, et capreolus.

† HISP. ARCHID. AVST. DVC. BVRG. ZC. COMIT. TIROLIS. 1528. Scutum exhibens insignia Hung. et Boh. simulque parmulam in medio sitam, Austriae, Burgundiae, et Hispaniae

arma complectentem, in qua minor alia parmula continet Aquilam Tyrolensem. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Tab.* 17. *Ferd. I. N.* 4.

De hoc Numismate Ferdinando Regi Hungariae a Tyrolensibus, occasione praestiti fidelitatis juramenti, oblato videatur *cit. Notit. Rei Num. Hung. p.* 349. Marquardus tamen *Herrgott* in *Numotheca Principum Austriae* P. II. p. 9. idem Numisma refert ad coronationem Hungaricam, licet jam anno 1527. peractam.

6. FERDI. D. G. ROMA. HVNG. BOE. CE. REX. INFANS. HISPANI. 1532. Protome dextrorsum spectans Regis coronati, loricati. In area a dextris incusus est numerus 319.

ARCHIDVX. AVST. ET CARINT. D. STIRI. CARNI. Sex Scuta circumposita septimo, coronato archiducali pileo, in quo insignia Carinthiae bipartita, hinc nempe tres leunculi, inde fascia. Ex circumpositis primum, idque supremum, coronatum, est Germaniae, alterum a dextris Hungariae, tertium ex opposito Bohemiae; post haec Austriae, Stiriae, et Carnioliae. *Arg. uncial. Tab. XIX. Ferd. I. N.* 20.

Numisma in Carinthia cusum, et oblatum *Ferdinando* I. uti patet ex ejusdem Scuto in medio aliorum posito. Id habet peculiare, quod Ferdinandum *Carinthiae* quoque *Archiducem* appellet.

c) *Numi ad historiam belli Turcici, et obsidionis Viennensis facientes.*

7. FERDINANDVS DEI GRACIA. HVNGARIE. BOEMIE. ETC. REX. ANNO DOMINI. MDXXIX. ETATIS SVÆ. XXV. Protome dextrorsum spectans Regis pileati, ad pectus cum aureo vellere.

DA: MICHI. *Sic.* VIRTVTEM: CONTRA: HOSTES: TVOS: DOMINE. QVIA. TV. ABIVTOR. MEVS. Quatuor Scuta coronata Regnorum Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, et Croatiae, circumposito quinto, quod circulo inclusum in medio est, et exhibet Insignia Austriae, et Castiliae. *Pond.* 2¼ *Semunc. Tab.* 17. *Ferd. I. N.* 3.

Eadem imploratio auxilii divini reperitur in Numis Hispanicis *Caroli V.* ante expeditionem Africanam signatis, cum eodem errore ortographico MICHI. apud Jac. *Mellen* de *Numis uncialibus* p. 38. apud *Herrgott P. I. Numoth.* p. 98. et *Joachim* in *Museo grossorum, Fasciculo I. p.* 43. Eodem nempe anno, quo *Ferdinandus I.* idgenus Numos signavit, Turcae ex Hungaria in Austriam progressi arctissima obsidione Viennam cingebant, cujus obsidionis testes sunt Numi sequentes.

8. TVRK BLEGERT WIEN. 1529. Protome Ferdinandi I. coronati, loricati, sinistrorsum conversi, et quatuor flosculi in totidem angulis Numi rhomboidalis.

In Aversa, Crux, circumpositis quatuor parmulis Hungariae, Bohemiae, Austriae, et

Castiliae, simulque octo flosculis. *Aureus pondere Ducati, figura Rhombi. Tab.* 18. *Ferd. I. N.* 5.

9. Alius sine Regis Ferdinandi effigie, cum sola inscriptione: TVRCK BLEGERT WIEN. 1529.

Aversa est eadem, quae in praecedente. *Arg. pond. drachm. ibidem N.* 6.

10. Accedit alius huic similis, aeque argenteus minoris moduli.

d) *Numismata equestria ejusdem.*

11. † FERDINANDVS. D. G. ROM. HVNG. BOEM. DALMA. CROA. REX. *in fine lilium.* Idem Rex Equo phalerato, regnorumque armis heraldicis ornato, a sinistris dextrorsum lente progredienti, insidens capite galeato, cristato, coronato, loricatus, et gladio praecinctus. Infra Equum annus 1541.

INFANS. HISPANIEN. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. DVX. BVRGVNDIE. E. C. Aquila biceps coronata, utroque capite nimbato, gerens pectore Scutum coronatum, ac torque aurei velleris circumdatum, in quo sunt Insignia Hungariae, et Boh. cum parmula Austriaco-Burgundica, in medio locata. *Aur. pond.* 17¼ *Ducatorum. Tab.* 19. *Ferd. I. N.* 11.

12. Alius Numus argenteus hoc solo diversus, quod in Aversa habeat Aquilam monocephalam, nimbatam, sine corona, et in pectore Scutum absque corona, et sine torque aurei velleris, eadem tamen continens insignia Hun-

gariae, et Bohemiae, sed cum parmula in medio tantum Austriacam fasciam exhibente, sine baltheis Burgundicis. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. ibidem N.* 12.

13. Alius huic similis cum Ferdinando Equite, et Aquila simplici. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc.*

14. Accedit *aereus* ejusdem diametri, inscriptionis, ac typi.

15 † FERDINAND. D. G. ROM. HVNG. BOEM. DALM. CROA. REX. Effigies Ferdinandi Equo phalerato insidentis est eadem, quae in praecedentibus, et infra Equum annus 1541. Sed pars Aversa differt hac inscriptione:

MAXIMILIANVS; D. G. EL. RO. IMP. SEMPER AV. GER. HVN. BO. CE. REX. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, gerens in pectore Scutum aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Austr. Burg. et Hispaniae. In area est annus 1565. *Numisma perforatum, argenteum, deauratum, pond.* 1⅝ *Semunc. ibidem N.* 13. *sola pars Aversa.*

Hoc Numisma pertinet ad genus *Restitutorum*. una cum altero sub N. 11. descripto.

16. Aliud huic simile *aereum*, ejusdem Diametri.

e) *Numus iconicus Ferdinandi I. cum filio Maximiliano II.*

17. FERDINAND. D. G. RO. HVNGA. BO. REX. ARCHIDVX AVSTR. z. Protome Ferdinandi I. barbati, loricati, capite nudo, dextrorsum spectantis.

MAXIMILIANVS D. G. ARCHIDVX AVSTRIÆ. ÆTAT. SVE. 20. Protome Archiducis loricati, capite nudo, dextrorsum conversi. Infra axillam occurrit annus 1541. *Arg. pond. 2. drachm. ibidem N. 14.*

f) Numisma Symbolicum.

18. FERDINAND. D. G. RO. HVNGA. BO. REX. C. Protome Regis barbati, paludati, loricati, sinistrorsum spectantis, ad pectus cum aureo vellere ex ligula.

IN. SPEM. PRISCI. HONORIS. Infra: DANVBIVS. Figura viri barbati, nudi, in arundineto decumbentis, ac dextra manu urnae, ex qua aqua profluit, sinistra gubernaculo innixi. *Aeneum maximi moduli, caelatura elegante. Tab. 18. Ferd. I. N. 10.*

Ex Luckii Sententia Symbolicum idgenus Numisma *Ferdinando I.* dedicatum erat post receptam ab *Isabella*, Joannis Zapolyæ Vidua, Transilvaniam cum vicina Hungariae parte: tunc enim spem fuisse conceptam recuperandi etiam reliquas Danubio adsitas ditiones, quae sub iugo Turcico gemebant. Id, quod in Museo Caesareo adservatur, ex argento est, pondere novem Semunciarum, teste Marquardo *Herrgott l. supr. cit. p. 17.* qui et Luckianum recenset, titulis *Ferdinandi I.* serius obtentis diversum, adeoque serius etiam cum eadem Aversa procusum, post obtentam videlicet a Ferdinando Romani Imperatoris dignitatem, qua sese Carolus V. abdicaverat.

B) Monetae usuales Ferd. I. aureae, et argenteae.

a) *Aurei, simplices omnes, nisi aliud notetur.*

1. S. LADISLAVS REX. 1529. Effigies hujus Sancti, stantis, coronati, loricati, sine nimbo, sine pallio, dextra hastam securigeram, sinistra lateri admota globum crucigerum tenentis. K. B.

FERDINAND. D. G. R. VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula Austriaca. *Tab.* 19. *Ferd. I. N.* 15.

Posthac literae K. B. in monetis hungaricis semper *Körmötz-Banya*, germ. *Kremniz Bergstadt* significant.

2. In alio simili Cremnicensi annus est 1534. *ibidem N.* 16.

3—9. Alii septem ejusdem inscriptionis ac typi, sed annis cusionum diversi, qui sunt 1535—38—40—42—43—51 et 1552. Cremnicenses omnes.

10. Alius anni 1552. ex Officina Nagybanyensi, in quo siglae sunt N. cum infra posito C. et duo malleoli decussati. *Ibidem N.* 18.

11. SANCTVS LADISLAVS REX. Effigies hujus Sancti, in qua praeter alia consueta attributa observatur gladius, quo praecingitur. Siglae nullae.

FERDINAND. D. G. ROM. HVNG. BOE. REX. 1554. Scutum quadripartitum, in quo Insignia Hung. Boh. Austr. et Castiliae. *ibidem N.* 19. R.

Hic aureus inscriptione, ac typo anticae differt ab aliis hungaricis *Ferdinandi I.* aureis: videtur *Viennae* signatus fuisse. Alius similis editus est a *Du Val* in *Monnoies en Or*, in quo annus legitur 1545.

12—13. duo alii Cremnicenses, in quibus omnia fere, uti N. 1. praeter annos cusionis.

14. Alius anni 1562. differt a praecedentibus ob titulum *Electi Romanorum Imperatoris*, quem vide *ibidem N.* 17.

15. Alius anni 1563.

16. et 17. Alii duo, in quibus aeque Ferdinandus inscribitur *Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae Rex*. Prior est anni 1564. posterior sequentis anni. *Uterque Cremnicensis.*

b) *Moneta major argentea. Solidi Imperiales, vulgo Thaleri, serius Biflorenarii dicti, integri, ac medii.*

1. FERDINAND. D. G. ROM. VNG. BOE. DAL. CR. REX. Protome Regis coronati, sinistrorsum spectantis, loricati, d. Sceptrum humero admotum, s. capulum gladii tenentis.

* INF. HISPA. ARCHIDVX (interponitur parmula Austriaca) AVSTRIE. DVX. B -- GV. Aquila simplex, nimbata, alis expansis, gerens pectore Scutum, in quo Insignia Hung. Boh.

Austr. Burg. et Hisp. *Pond.* 1¼ *Semunc. ad pondus Viennense. Tab.* 20. *Ferd. I. N.* 21.

2. Alius aeque sine anno cusionis, cujus pars aversa ob aliquod in figuris discrimen videatur *Ibidem N.* 22.

3. * FERDINAND. D. G. ROM. HVN. BOE. DAL. C. REX. Protome Regis barbati, coronati, loricati, d. sceptrum humero admotum, s. capulum gladii. Ante illum parmula continens Aquilam simplicem.

INF. HISPA. ARCHIDVX AVSTRE (*sic.*). DVX. BVR. 1553. Scutum continens Insignia Hungariae, Dalmatiae, Bohemiae, et in medio parmula Austriaca. Supra Scutum prominet Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, dextra Jesulum, sinistra sceptrum tenentis, inter duo Capita Angelorum. Siglae: K. B. *Pond.* 1¼ *Semunc. ibidem N.* 23.

4. Antica, ut in praecedente, sed sine parmula.

INF. HISPA. etc. ut in Aversa prioris, sed annus est 1554. Scutum in quo Aquila simplex, nimbata, alis expansis, gerens in pectore, insignia Hung. Dalm. Boh. et Austr. Supra Scutum prominet Effigies Deiparae coronatae, d. Jesulum, s. sceptrum tenentis. In area: K. B. *Pond.* 2¼ *Semunc. ibidem N.* 24.

5. Alius similis, eiusdem anni 1554. *Pond.* 1¼.

6. Alius similis, sed anni 1555. *Pond.* 1¼ *Semunc.*

7. Alius anni 1556. differt Sceptri forma. *Pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 25.

8. FERDINAND.

8. FERDINAND. D. G. ROM. HVNG. BO. D. C. REX. Protome Regis coronati, loricati, sinistrorsum conversi, cum torque aurei velleris, d. sceptrum in humero, s. capulum gladii.

INF. HISPA. ARCHID. AVST. DVX. BVR. 1557. Aquila simplex nimbata, gerens pectore Insignia Hung. Boh. et Austriae. Infra aquilam pomum Imperii, cui numerus 72. inscriptus. *Talerus in Germania signatus. Pond.* 1¾ *ibidem N.* 26.

9. FERDINAND. D. G. ROM. HVN. BOE. DAL. C. REX. Protome Regis coronati cum attributis supra descriptis.

INF. HISPA. ARCHID. AVSTRI. DVX. BVR. 1556. Scutum continens Aquilam simplicem nimbatam, pectore gerentem in minore alio scuto Insignia Hung. Dalm. Boh. Austr. Supra maius Scutum prominet Icon Deiparae coronatae d. Jesulum, s. sceptrum tenentis. In area: K. B. ½ *Taler.* seu *Florenus arg. Ibidem N.* 27.

c) *Moneta minor argentea. Grossi, Denarii, Oboli.*

10. FERDINANDI. D. G. R. VNGARIE. Deipara velata sedens d. Jesulum. In area: K. B.

† MONETA. NOVA. ANNO. DOMINI. 1528. Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. et in medio parmulam Austr. *Grossus pond.* 49. *grana deterioris argenti. Tab.* 21. *Ferd. I. N.* 28.



11. PATRONA. HVNGARIE. 1559. Deipara coronata sedens d. tenet Jesulum. Sub pedibus luna. In area: K. B.

†. FER. D. G. EL. RO. IM. S. AV. GER. HVN. BO. R. Scutum coronatum, continens Insignia Hung. Dalm. Dalm. Boh. et in medio parmulam Austriae. *Grossus pond.* 34. *grana probioris argenti, quam sit in praeced. Ibidem N.* 29.

12. PATRONA VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum. K. B.

† FERDINAND. D. G. R. VNG. Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. Austr. *Denar. pond.* 9. *gr. Ibidem N.* 30.

13. Alii similes denarii sequentium annorum, 1529. 1531. 1533. 1536. 1537. et 1539.

14. Item annorum 1540—41—42—44—45—46—49.

15. Item annorum, 1550—51—52—59—62.

16. PATRONA VNGARIE. Deipara cum Jesulo, ut supra. K. B.

FER. D. G. RO. I. S. AV. GE. HV. BO. R. 1564. Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. Austr. *Den. pond.* 9. *gr. ibidem N.* 31..

Sequuntur *Obuli* sine inscriptionibus.

17. Deipara coronata, nimbata, sedens d. Jesulum. Siglae. K. B.

Scutum continens insignia Hung. Dalm. Boh. Aust. supra Scutum annus 1539. *Obul. pond.* 5. *gr. prox. Ibidem N.* 32.

18. Alius similis, anni 1553. *Ibidem N.* 34.

His accedit moneta Cuprea, pro Austria facta, anno 1562. *Raitpfenning dicta. Ibidem N.* 33.

XL.

Maximiliani II. ab A. C. 1564 ad 1576.

Numismata, et Monetae, aur. arg. et aen.

A) Numismata Iconica, et Symbolica.

a) *Iconicum occasione Coronationis Hungaricae, vivo patre Ferd. I. peractae Posonii* 1563.

1. FER. D. G. EL. RO. IM. S. AV. GE. HV. BO. R. 1563. Protome Imp. Ferdinandi I. capite nudo, sinistrorsum spectantis, loricati, ad pectus cum aureo vellere ex ligula.

MAXIMILIAN. D. G. RO. HVN. BO. REX. 1563. Duae Protomae jugatae, Maximiliani II. coronati, loricati, et Mariae Conjugis, cum aureo vellere ad pectus. Arg. *pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 21. *Maximil. II. N.* 1.

b) *Idem restitutum anno* 1577. *ex auro, et arg.*

2. MAXIMILIAN. D. G. RO. HVN. BO. REX. 1577. Protome Maximiliani II. coronati, loricati, et Mariae Conjugis, ad pectus cum aureo vellere, uti est in Aversa praecedentis.

FER. D. G. EL. RO. IM. S. AV. GE. HV. BO. R. 1563. Protome Ferdinandi I. capite nudo, loricati, ad pectus cum aureo vellere. *Aur. pond.* 8. *Ducatorum. Ibidem N.* 6.

3. Alius similis *argent. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 22. *Maximil. II. N. 7.*

Annus 1577. erat ab obitu *Maximiliani II.* proximus, quo jam *Rudolphus II.* regnavit.

c) *Numus allegoricus Maximiliani II. qua Archiducis, nondum Regis.*

4. MAXIMIL: D: G: ARCH: AVS: Protome Archiducis loricati, paludati, capite nudo, dextrorsum spectantis, ad pectus cum aureo vellere.

FRANGIT ET ATOLLIT. Pallas galeata, stolata, stans dextra hastam tenet, simulque funiculum, quo adstans leo retinetur, sinistra vero demissa clypeum servat, unaque apri adstantis vinculum. *Aur. pond.* 3. *Ducatorum. Tab.* 21. *Maximil. II. N.* 2.

d) *Alii Numi Symbolici ejusdem Maximiliani jam Imperatoris, ac Regis.*

5. MAXIMILI. II. ROM. I. S. AV. Protome Imperatoris laureati, loricati, dextrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere.

DOMINVS PROVIDEBIT. (*interposito anni numero* 1570.) Aquila simplex alis expansis globo insistens. *Arg. deauratus pond.* ⅝ *Semunc, ibidem N.* 3.

6. MAXIMILI. II. RO. IMP. Protome, ut in praecedente.

DOMINVS PROVIDEBIT. Aquila biceps, nimbata, sub corona Imperiali, alis expansis,

dextro pede sceptrum tenens, sinistro gladium erectum; et in cauda pomum crucigerum Imperii habens, in pectore gerit Scutum coronatum pileo Archiducali, in quo est Insigne Austriaco-hispanicum. *Argent. deauratus pond. 2. drachm. Ibidem N. 4.*

7. MAXIMILI. II. ROM. IMP. SEM. AVG. Protome Maximiliani loricati sinistrorsum conversi, capite nudo.

DOMINVS PROVIDEBIT. 1572. Aquila simplex, alis expansis, dextro pede stans, sinistro elevato globum sustinens. *Arg. pond. 2. drachm. ibidem N. 5.*

8. MAXIMILIANVS. D. G. BOH. REX. Hujus loricati Protome dextrorsum spectans, capite nudo, ad pectus cum aureo vellere.

IN SPEM PRISCI HONORIS. *Infra:* DANVBIVS. Effigies Danubii specie viri nudi, barbati, in arundineto decumbentis, dextraque aquam ex hydria effundentis, sinistra innixi gubernaculo. *Numisma ex aere fusum in Bohemia*, pars aversa est accepta ex Numismate Symbolico *Ferdinandi I.* supra descripto. *Aereus magni moduli. Tab. 22. Maximil. II. N. 8.*

B) Monetae usuales, aureae, et argenteae.

a) *Aurei simplices.*

1. MAX. II. D. G. RO. I. S. AV. GE. HV. B. R. Deipara coronata sedens d. Jesulum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula Austriaca.

s. LADISLAVS. REX. 1566. Stans coronatus, loricatus, d. longam bipennem, s. globum crucigerum. K. B. *Cremnicensis. Tab.* 22. *Maximil. II. N.* 9.

2—6. Alii quinque *Cremnicenses* solis annis diversi, nempe annorum, 1567—69—70—72 et 1575.

7. Alius anni 1575. cum siglis: H. S. quae indicant procusum fuisse Hermanstadii in Transilvania, sub Judice Regio Saxonum *Süveg*, al. *Huet* vocato. *Ibidem N.* 10. *perforatus.*

8. et 9. in aliis duobus Cremnicensibus nomine *Maximiliani II.* signatis occurrunt anni 1577. et 1578. adeoque primus, et secundus post ejusdem obitum annus. *Prioris iconismum vide ibidem N.* 11.

De Monetis Maximiliani II. qui proximos ab illius obitu annos praeseferunt, videatur *cit. Notit. Rei Num. Hung. p.* 364.

b) *Thaleri argentei, integri, ac medii.*

1. * MAX. II. D. G. E. RO. IM. S. AVG. GE. HVNG. BO. REX. Protome Imperatoris barbati, coronati, loricati, sinistrorsum spectantis, cum torque aurei velleris, dextra sceptrum in humero, sinistra pomum Imperii, e solis circulis, instar sphaerae armillaris, compositum tenentis.

ARCHID. AVST. DVX. BVRG. MAR. MO. 1571. — Aquila biceps, sub corona Imperiali, utroque capite nimbato, alis expansis, gerens pectore

Scutum coronatum, in quo Insignia sunt Hungarico-Bohemica, cum parmula Austriaca medium locum obtinente. *Thal. pond.* 1½ *Semunc. ad pond. Vienn. ibidem N.* 12.

2. * MAXIMILI. II. D. G. EL. RO. IM. S. AV. GE. HVN. BO. REX. Protome Imp. barbati, coronati, loricati, cum torque aurei velletis, d. sceptrum in humero, s. capulum gladii.

ARCHI. DVX. AVS. DVX BVRG. MAR. MORA. 1578. Aquila biceps nimbata, alis expansis, in pectore gerens Scutum coronatum, in quo est utrumque Insigne Regni Hung. tum capita Dalmatiae, et leo Boh. medium tenente locum parmula Austriae. Supra Scutum icuncula Deiparae coronatae sedentis in luna bicorni, ac d. Jesulum, s. sceptrum tenentis. Siglae: K. B. *Thalerus Cremnicensis pond.* 1½ *Semunc. ibidem N.* 13.

3. Alius similis, anni 1575. sed cum siglis H. S. quae notant procusum fuisse Hermanstadii, in Transilvania, sub judice regio *Süveg. Pond.* 1½ *Semunc. ibidem N.* 14.

4. et 5. *Duo medii Thaleri*: prior anni 1576. alter 1577. uterque Cremnicii in Hungaria signatus, in quibus proinde eadem est inscriptio, ac typus idem, qui in Thalero Cremnicensi supra descripto. *Pond.* ¾ *Semunc. Tab.* 23. *Maximil. II. N.* 15.

c) *Grossi, Denarii, et Obuli arg.*

1. MAX. II. D. G. EL. RO. I. S. AV. GER. HV. BO. R. Deipara velata sedens d. Jesulum. K. B.

MONETA. NOVA. ANNO. DOMINI. 1577. Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. et parmulam Austriacam in medio. *Grossus pond. 40. gr. argenti multo aere mixti. Ibid. N.* 16.

2. PATRONA VNGARIE. Deipara coronata sedens d. Jesulum. K. B.

MAX. II. RO. I. S. AV. GE. HV. BO. REX. 1577. Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. et parmulam Austriacam. *Grossus diametro, ac typo denarii, sed moleculae crassioris. pond.* 2⅓ *drachm. deauratus. ibidem N.* 17. R.

3. Accedunt duodecim denarii, inscriptione, ac typo similes numo nunc descripto, annorum diversorum, nempe ann. 1566. *bis* 1567—68 —69—1570—71—72—75—76—77 et 1778. *Quilibet appendit* 8. *gr. circiter argenti aere mixti.*

4. *Tres obuli*, in quibus nullae sunt inscriptiones, sed figurae tantum, nempe: Deipara coronata, nimbata, insidens lunae bicorni, dextra Jesulum tenet. Siglae: K. B. In aversa est annus 1570. et Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. Austr. *Quivis pond.* 4. *gr. circiter. Ibidem N.* 18.

d) His accedit *Numus aereus* anni 1577. *Cameralis Austriacus, delineatus ibidem N.* 19. In Aversa habet Scutum Hungarico-Bohemicum.

XLI.

Rudolphi II. *ab A. C.* 1576. *ad* 1608. *Obiit* 1612.

Numismata, et Monetae.

A) Numismata historica.

a) *Coronationis Hungaricae, vivo patre Maximiliano II. peractae.*

1. RVDOLPH. ARCHID. AVSTRI. Scutum coronatum, Insignia Hungariae, Dalmatiae, Bohemiae, et in medio parmulam Austriacam continens.

CORONATVS. EST. REX. IN. HVNGARIA. 1572. nullo praeterea typo partis aversae. *Arg. pond.* 45. *grana.*

b) *Victoriarum de Turcis, recuperato Jaurino ann.* 1598. *et Alba Regali anno* 1601.

2. Corona inter duas stellas, infra quam R magnum, prima nominis Rudolphi litera, et haec Epigraphae: 29. MARCI. *Sic.* IAVRINVM ERIPITVR. VIVIT VIRTVTE RVDOLPHI.

Christus, dextra manu vexillum crucis tenens, per januam clausam ingressus Caenaculum, in quo congregati sunt duodecim Apostoli, Thomae incredulo genuflexo exhibet

vulnus lateris. Infra in pavimento scriptum: PAX *V. obis.* Superius vero adest Corvus annuliger in horologio * *Numus arg. figura Rhombi, pond. 4. drach. prox. Tab. 23. Rudol. N. 1.*

* Corvus alludit ad Jaurini nomen germanicum *Rab.*

3. Alius huic similis, sed *aereus.*

4. OMNIS VICTORIA A DOMINO. Urbis Jaurinensis ichnographia cum duobus pontibus, quorum uni appropinquant copiae militares. Supra urbem Cornix in parmula, *Valentini Maler*, a quo hic Numus factus est, Insigne. Infra legitur: CVM PRIVI. CAES.

In aversa parte, infra lauream duobus palmae ramis decussatis impositam legitur sequens epigraphe: ANNO. M.D.XC VIII. IST DIE VESTVNG RAAB DEN 22. MARTI. N. C. DVRCH WVNDER HILFF GOTTES AVS DES TVRCKEN GEWALT WIDERVMB EROBERT. DARVMB GOTT ALLEIN DIE EHR. *Numus bilinguis arg. pond. 3. drachm. ibidem N. 2.*

N. C. significat *Neuen Calenders.* V. M. *Valentinus Muler.* Norimbergensis.

5. IAVARIN. AVTORE DEO. AVSPICIO RVDOLPH. II. CAES. NVBE OPPORTVNISS. LVNAM OBDVCENTÆ. *Sic.* DIRECTORE ADOLPH. COM. A. SCHWARZENB. RECVPERATVR. A. MDIIC. D. XXIX. MART. Columna ordinis Corinthiaci in modum Trophaei erecta, cui aquila insidet alis expansis. Utrinque accedunt duae mulieres, quarum altera columnam amplectitur, captivum Turcam

post se trahens, altera ex adverso alis instructa Victoriam repraesentans, et manu sinistra palmae ramum tenens, dextra elevata lauream eidem imponit. Retro, et a dextris adumbratur exercitus Caesareus, cum supervolitante aquila, a sinistris in prospectu est Jaurinum ichnographice delineatum, accedentes Caesarei, et in fugam versi Turcae. In area superiore Nubes, in quibus Juno velum obtendit lunae splendenti, quam Diana tenet.

SIGIS. BATH. TRANSYL. PRINC. AQVILAE ET STELLAE CRINITAE FOELICISS. PRAESAG. CAES. TVRCAS. INTER DANVB. ET SAV. FLV. AD TERGOVIST. FORTITER FVGAVIT. A. MDVC. D. XVIII. OCTOB. Victoria lauream imponens Figurae sedenti dextra elevata, sinistra vero sceptrum tenenti. Ad latera sunt duo exercitus, a dextris Christianus, a sinistris Turcicus, simulque urbs Tergovistum. Infra: duo fluvii, solita forma virorum cum urnis aquam fundentibus exsculpti, inter quos Turcarum, et equorum submersorum occurrunt cadavera. In superiore area nubes, aquila, luna, Cometa, et venti effigies. *Numisma aeneum maximi moduli. Tab. 24. Rudol. II. N. 6.*

Hoc Numismate celebratur duplex de Turcis victoria; prior *Sigismundi Bathori* Transilvaniae Principis, qui anno 1595. Turcas ad Tergovistum Valachiae urbem caesos, fugatosque usque ad Danubium, Savumque persecutus est; posterior vero Comitis *Schwarzenberg*, a quo *Jaurinum* fuit recuperatum. Utraque victoria

quodam velut prodigio praenunciata fuisse credebatur, cujus mentio fit in hoc Numismate.

Sequentes duo Numi memoriam conservant receptae Albae Regalis anno 1601.

6. OMNIS VICTORIA A DOMINO. Conspectus Albae Regalis, supra quam biceps Aquila coronata pectore gerit parmulam Austriaco-Burgundicam. Infra adumbratur adventus Caesarei Exercitus. In imo numi segmento legitur: C. PRIVIL. CÆS. V. M. *Valentinus Maler, hujus Numi auctor.*

ALES. VT. PHOENIX. REVIVISCIT: SIC. VNGARIA. OPE. DEI. SVB. IMP. RVDOLPH. II. EXPVGNA: ALBÆ. ARCE. MDCI. D. XX. SEPT. REVIRESCIT. Phaenix pectore gerens Scutum coronatum Hungariae expansis alis super accenso rogo. *Arg. pond.* 3. *drachm. Tab.* 23. *Rud. II. N.* 3.

7. OPE DEI. PRECE CONSILIO ET ANIMO ALBÆ REGIÆ MVNIMEN ILL. PRINC. DD. PHIL. EMANVELIS DE LORRAIN, ET MERCVRIO ELECTI AB IMP. RVDOLPH. II. CHRIST: EXERCITVS CONT. TVRC. DVCIS EXPVGNAT. A. S. MDCI. XX. SEP. Infra hanc epigraphen occurrit laurea cum duobus ramis decussatis.

OMNIS VICTORIA A DOMINO. Conspectus Albae regalis, et reliqua, uti est in Antica Numi praecedentis. *Arg. pond.* 3. *drachm. Ibidem N.* 4.

c) *Numi occasione Comitiorum Germaniae, aliisque temporibus Rudolpho II. dicati.*

8. RVDOL. II. RO. IMP. VI. AC. TRIV. SE. A. Imperator laureatus, loricatus, Equo phalerato, ad cursum concitato, insidens, d. sceptrum tenet, s. habenas Equi. Infra Equum flos.

DA. PACEM. DOMINE. IN. DIEBVS. NOSTRIS. HILDESHEIM. Aquila biceps, nimbata, infra coronam, et pomum Imperii, alis expansis, gerens pectore urbis Hildesheimiensis Insigne, scuto ovali inscriptum, addita desuper litera H. *Aur. pond. decem Ducatorum Tab.* 23. *in fine*. R.

9. RO. IMP. EX SERENI. AVSTRIACA DOMO IN INVICTISS. RVDO. In medio est annus 1594. et Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, gerens pectore Scutum coronatum, aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hungarico-Bohemico-Austriaca. Circa Aquilam vero quinque capita nuda Imperatorum *Rudolphi I. Alberti I. Friderici II. Alberti II. et Friderici IV.* circulis inclusa, cum inscriptionibus nominum. Ornatus causa interjectae sunt quinque rosulae.

In Aversa continuatur caepta inscriptio: LPHI. II. EIVSDEMQ. DOM. HONOREM. NORI. F. V. M. C. PRIVILEG. In medio est R. coronatum adstantibus binis figuris nudis, altera cum gladio, et cum palmae ramo altera. Intra ipsam vero literam R. occurrunt, pomum

Imperii, sceptrum, et gladius decussatim. Tum reliquorum quinque Imperatorum capita in orbem circumposita, videlicet *Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. et Rudolphi II.* intersertis quinque rosulis. *Arg. deauratus pond.* 1¼ *Semunc.*

10. Alius similis *arg. pond.* ½ *Semunc.*

Inscriptio Circularis horum Numismatum in duas velut paginas divisa est: *Romani Imperatores ex Serenissima Austriaca Domo in Invictissimi Rudolphi II. ejusdemque Domus honorem. Norimbergae fecit Valentinus Maler cum privilegio.*

11. Aquila biceps coronata, nimbata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hungariae, ac Bohemiae cum parmula Austriaco-Burgundica. Infra Aquilam annus 1589. et circa hanc 24. parmulae totidem regnorum, ac provinciarum, Imperatori Rudolpho II. obnoxiarum.

Pars aversa exhibet Insignia septem Electorum, totidem hexagonis inclusa, additis nominibus TREVI. COL. MOG. REX BO. PALA. SAXO. BRAN. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.*

12. RVDOLPHVS II. ROM. IMP. SEM. AVG., Protome Imperatoris, cultu hispanico, paludati, loricati, capite nudo, sinistrorsum spectantis.

MANE NOBISCVUM DNE QVONIAM ADVESPERASCIT: INCLINA: IAM. DIES. LVC. 24. Insignia Septem Electorum in totidem hexagonis. Ec-

clesiasticorum a dextris, saecularium trium a sinistris, quarti vero, seu Regis Bohemiae in medio: additis nominibus, uti supra. *Arg. deauratus pond.* 2½ *drachm.*

13. Antica, ut in praecedente.

In medio Aversae Aquila biceps, et circumposita septem Scuta rotunda Electorum Imperii, addita ad quodlibet litera prima nominis Electoratus. *Arg. pond. 3. drachm.*

14. RVDOLPH. II. D. G. ROM. IMP. AVG. Protome Imp. capite nudo, sinistrorsum spectantis, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Aquila biceps in medio, et annus 1599. cui circumposita sunt septem Scuta rotunda Electorum, cum primis nominum literis. *Aur. pond. 5. Ducatorum.*

15. RVDOLPHVS II. D. G. ROM. IMP. AV. Protome Imperatoris, corona radiata ornati, loricati, sinistrorsum spectantis, amictu hispanico.

Aquila biceps et reliqua uti in Aversa Numi praecedentis. *Arg. pond. drachm.*

16. RVDOLPHVS II. IMPER. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

FVLGET CAESARIS ASTRVM. Capricornus globum pedibus complectens; ante illum stella, supra vero Aquila volans cum telo. *Numus arg. exigui orbis, sed crassiusculus, affabre factus. pond.* 1. *drachm.*

B) *Monetae currentes.*

a) *Aurei, simplices praeter unum quintuplum.*

1. RVDOL. II. D. G. RO. I. S. AV. GE. HV. B. R. Deipara coronata sedens d. Jesulum tenentem pomum, gerit. Sub pedibus luna, infra hanc parmula Austriaca.

S. LADISLAVS REX. 1581. Consueta effigies S. Ladislai stantis. Siglae: K. B. *Cremnicensis simplex.*

2—7. Alii *sex* praecedenti similes, sed annis diversi, qui sunt 1582—84. 1586—87—88. et 1589. *Aur. simplices.*

8—13. alii *sex*, in quibus anni cusionis sunt: 1590—91—92—95—96—98. *aur. simplices.*

14. RVDOLPHVS. II. D. G. R. I. S. A. G. HV. BO. REX. Imperator stans, coronatus, loricatus, gladio praecinctus, d. sceptrum in humero, s. pomum Imperii tenet. Intra pedes lilium. In area duo Scuta, a dextris Bohemiae, a sinistris Hungariae.

ARCHID. AVSTRIE. DVX. BVR. MA. MO. 1597. Aquila biceps coronata, gerens pectore Scutum Austriaco-Burgundicum, pileo Archiducali, et aureo vellere ornatum. *Aur. appendens quinque ducatos. Tab. 24. Rudol. II. N. 10.*

In Bohemia Signatus esse videtur, cum in eo Insignia Bohemiae dextram occupent, Hungariae sinistram.

15. Alius

15. Alius ejusdem anni, praecedenti similis, sed *simplex*.

16. RVDOL. II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. RE. Imperator stans coronatus, loricatus, d, sceptrum, s. pomum Imperii tenet, inferius intra pedes annulus.

S. LADISLAVS. HVN. REX. 1591. Scutum coronatum, et aureo vellere cinctum, in quo primam, et ultimam aream leo Bohemiae occupat, secundam vero, ac tertiam quatuor fasciae Hungariae, medium tenet parmula Austriaca. *Aur. simplex. Tab.* 24. *Rudol. II. N.* 9.

Etiam hic aureus verisimiliter patriam habuit Bohemiam, licet S. Ladislai nomen, sine hujus tamen effigie, in aversa occurrit, cum Bohemicus Leo praecedat fascias Hungariae in Scuto.

17. PATRONA, HVNGARIE. 1599. Deipara coronata sedens d. Jesulum gerit. Sub pedibus luna bicornis.

RVDOL. II. D. G. RO. IM. S. A. G. H. B. R. Effigies sancti Ladislai coronati stantis, ac d. bipennem longam, s. globum crucigerum tenentis. In area: N. B. *Aureus simplex Nagybanyiensis. Ibidem N.* 8.

18. RVDOL. II. D. G. RO. I. S. AV. GE. HV. B. R. Deipara coronata sedens d. Jesulum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula Austriaca.

S. LADISLAVS REX. 1603. Stans hic Sanctus coronatus, loricatus, d. bipennem longam,

s. globum crucigerum. In area: K. B. *Aur. simplex Cremnicensis.*

19. et 20. Alii duo Cremnicenses praecedenti similes, in quorum uno annus est 1606. in altero 1607.

b) *Thaleri argentei, et horum partes.*

1. RVDOL. II. D. G. RO. IM. S. AV. GER. HVN. BO. REX. Protome Rudolphi II. capite nudo, barbati, paludati, loricati, cum lato collari hispanico, ante illum intra perigraphen icunscula Deiparae coronatae in luna bicorni sedentis cum Jesulo in dextra, et sceptro in sinistra manu, retro autem Scutulum continens Insignia Hung. Dalm. Boh.

ARCHIDVX. AVS. DVX BVRG. MAR. MORA. 1580. Aquila biceps nimbata, alis leniter expansis, pectore gerens pomum Imperii crucigerum, ad latera hinc ensis, inde sceptrum, et supra aquilam corona. Siglae: K. B. *Thal. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 24. *Rud. II. N.* 11.

2. Alius similis cum K. B. sed anni 1583. *ejusd. pond. ibidem N.* 12.

3. RVDOLPHVS II. D. G. RO. IMP. S. AVG. G. H. B. REX. Protome Imperatoris coronati, loricati, dextra Sceptrum humero admotum tenentis.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVRG. MARC. MORA. 1583. Aquila biceps coronata, alis expansis, pectore gerens in scuto Insignia Hung. Dalm. Bohemiae, Austr. Ad latera hinc ensis, inde

sceptrum. Siglae: N. B. *Thalerus Nagybanyae signatus, solito pondere, ibidem N.* 13.

4. RVDOLPHVS II. D. G. RO. I. S. AVG. H. B. REX. Protome Imperatoris, capite nudo, sinistrorsum conversi, paludati, loricati, dextra sceptrum in humero tenentis, juxta posito ense. Ante pectus corona mensulae imposita.

ARCHI. DVX. AVS. DVX. BVRG. MARC. MORA. 1583. Aquila biceps nimbata, expansis alis, in pectore habens Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Dalm. Boh. cum parmula Austriaca in medio. Supra Aquilam Icon Deiparae coronatae in luna bicorni d. Jesulum, s. Sceptrum gerentis. Siglae: H. S. indicant procutum fuisse Hermanstadii in Transilvania. *Thal. pond. solito.* * *Tab.* 25. *Rud. II. N.* 16.

5. RVDOLPHVS etc. ut supra. Protome Imperatoris coronati, loricati, sinistrorsum conversi, d. Sceptrum in humero.

ARCHIDVX etc. ut supra. Sed annus 1585. Aquila biceps coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum, in quo Insignia Hung. Dalm. Boh. et Austr. Ad latera hinc ensis erectus, inde gladius. Siglae: N. B. *Thal. Nagybányiensis.*

6. RVDOL. II. D. G. RO. IM. S. AV. GER. HVN. BOH. REX. Protome Rudolphi, sinistrorsum conversi, capite nudo, barbati, paludati, loricati, ante illum intra perigraphen icuncula Deiparae coronatae, in luna bicorni sedentis, ac

d. Jesulum, s. Sceptrum tenentis, retro vero Scutulum continens Insignia Hung. Dalm. Boh.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVRG. MAR. MORA. 1589. Aquila biceps nimbata, alis leniter expansis, habens in pectore pomum Imperii, ad latera hinc ensis erectus, inde Sceptrum, et supra aquilam corona. Siglae: K. B. *Thalerus Cremnicensis.*

7. 8. et 9. Alii tres *Thaleri*, similes praecedenti, quorum primus annum habet 1593. alter 1599. tertius 1602.

10. Alius similis anni 1598. sed cum siglis N. B. *Thal. Nagybanyiensis. Tab.* 25. *Rud. II. N.* 15.

11. RVDOL. II. D. G. RO. IM. S. AVG. GER. HVN. BOHEMIÆ. REX. Protome Imperatoris coronati, loricati, d. sceptrum in humero.

ARCHIDVX. AVSTRIÆ. DVX. BVRG. MAR. MOR. ETC. 1601. Aquila biceps coronata, alis expansis, habens in pectore pomum crucigerum Imperii. Ad latera hinc ensis, inde Sceptrum. Siglae: N. B. *Thal. Nagybanyiensis pondere solito; ibidem N.* 14

Sequuntur Semisses Thalerorum, et Quadrantes.

12. RVDOL. II. D. G. RO. IM. S. AV. GER. HVN. BO. REX. Protome Imperatoris, nudo capite, paludati, loricati, sinistrorsum spectantis, et intra ipsam perigraphen á dextris Scutulum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. a si-

nistris autem icuncula Deiparae coronatae, d. Jesulum, s. sceptrum tenentis.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVRG. MAR. MORA. 1602. Aquila biceps coronata, alis expansis, habens in pectore pomum crucigerum Imperii. Ad latus dextrum ensis, sceptrum a sinistris. Siglae: K. B. *Semis Thaleri*, seu *Flor. arg. Tab. 25. Rudol. II. N.* 17.

13. Alius similis, sed anni 1608. *Ibidem N.* 18.

14. RVDOL. II. etc. uti N. 12.

ARC. DVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MO. 1578. Aquila biceps nimbata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, continens Insignia Hung. Dalm. Boh. et parmulam Austriacam in medio. Supra Aquilam Icuncula Deiparae coronatae in luna bicorni, d. Jesulum, s. sceptrum tenentis. Siglae: K. B. *Quadrans Thaleri, seu medius Flor. arg. ibidem N.* 19.

15. RVDOL. II. *icuncula Mariana.* D. G. RO. IM. S. AV. GER. HV. *Scutulum continens Insignia Hung. Dal. Boh.* BO. REX. Protome Imperatoris capite nudo, sinistrorsum spectantis, paludati loricati.

ARC. DVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MORA. 1607. Aquila biceps nimbata, alis leniter expansis, habens in pectore pomum Imperii Crucigerum, in quo est Insigne Austriae. Ad latera hinc ensis, inde sceptrum. Supra Aquilam Corona. Siglae: K. B. *Quadrans Thaleri ibidem N.* 20.

c) *Minor moneta arg. Grossus, Denarii.*

1. RVDOL: II. D. G. RO. IM. S. AV. GE. HV. B. R. Deipara coronata sedens d. Jesulum, s. pomum tenet. Sub pedibus luna. Siglae: N. B. MONETA. NOVA. ANNO. DOMINI. 1601. Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. et in medio parmulam Austriacam. *Grossus, pond. 40. gr. argenti multo aere mixti. Ibidem N.* 21.

Sequuntur Denarii.

2. HVNG. PATR. 1578. Deipara coronata sedens d. Jesulum. K. B.

RVD. II. RO. I. S. AV. G. H. B. R. Scutum continens Insignia Hung. Dalm. Boh. et in medio parmulam Austriacam. *Denar. pond.* 8. *gr. arg. aere mixti. ibidem N.* 9.

3. Accedunt alii 14. similes praecedenti, annorum diversorum Denarii hungarici sub *Rudolpho II.* signati, aeque leves.

SERIES X.

Numi Regum Hungariae Saeculi XVII.

XLII.

Matthiae II. ab A. C. 1608 ad 1619.

Numismata, et Monetae currentes.

A) Numismata Mnemonica Aur. et Arg.

a) *Coronationis Hungaricae, intermixtis Numis Symbolicis.*

1. MATTHIAS II. D. G. REX HVNGARIÆ. ETC. Protome Regis corona hungarica coronati, barbati, cum lato collari hispanico, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

Scutum Hungariae in medio positum, et novem aliis minoribus Scutis Regnorum ad Coronam Hung. spectantium circumdatum, addito circa illud vocabulo: HVNGARIÆ. aliis vero Scutulis adpositae sunt literae initiales Regnorum, nempe D. C. S. R. S. G. L. C. B. *Numisma aureum pond. sex Ducatorum. Tab.* 26. *Matthiae II. N.* 1.

2. Alius similis *Argent. pond. Semunc.*

3. Alius ejusdem diametri ex *aere.*

4. SVB TVVM PRÆSIDIVM CONFVGIMVS. Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, ac radiis undique cinctae, quae d. sceptrum, s. Jesulum tenet. Sub pedibus luna bicornis.

MATTHIAS II. REX. HVNGARIÆ. CORONATVS. MDCVIII. Protome Regis coronati, paludati, loricati, ad pectus cum torque aurei velleris. *Aureus simplex. Ibidem N. 2.*

5. Monogramma nominis Matthiae II. cum superposita Corona Hungariae, intra lauream. CORONATVS HVNGARIÆ REX MDCVIII. in laurea. *Arg. parvi moduli. ibidem N. 3.*

6. MATTHIAS II. REX HVNGARIÆ CORONATVS. MDCVIII. Protome Regis coronati, ut supra.

ABVNDANTIA DILIGENTIBVS TE. Mulier serto redimita stans in medio florum dextra tenet ramum palmae, sinistra cornucopiae. *Arg. pond. drachm. et* 14. *gr. ibidem N. 4.*

7. MATTHIAS. II. D. G. HVN. ET BOH. REX. ARC. AVS. DVX. BVR. CO. TY. Protome Regis, sinistrorsum conversi, amictu hungarico, pileati, chlamydati, tunicati, ad pectus cum aureo vellere.

AMAT VICTORIA CVRAM. Duae mulieres sese amplexantes, quarum dexterior alis instructa repraesentat *Victoriam*, altera vero *Curam*, manu sinistra tenens instrumenta geometrica. Infra a dextris galea, vexillum, et alia signa militaria, a sinistris Grus, vigilantiae Symbolum, Fascis cum securi, et circinus. *Arg. figurae ovalis pond. Semunc. prox. ibidem N. 5.*

8. MATTHIAS II. D. G. REX HVN. DE. *signatus.* IN RE. BO. AR. AV. MAR. MOR. CO. TY. Protome Regis, corona hungarica coronati, paludati, loricati, ad pectus cum torque aurei velleris.

AMAT VICTORIA CVRAM. *postremo vocabulo detrito.* Grus pede sustinens globum, volansque inter quatuor ventos cardinales, supra mare fluctibus agitatum. *Arg. deauratus pond. 1¼ Semunc. ibidem N. 6.*

b) *Ob Connubium cum Anna Austriaca celebratum anno 1611.*

9. MATTHIAS II. REX. HVNGARIAE. CORONATVS. MDCIII. Protome, uti supra.

QVI CVM ANNA AVST. ARCHID. VIEN. NVPTIAS. CELEBRAVIT. 4. DEC. ANNO 1611. Protome Annae Reginae sinistrorsum conversae, cum torque aureo, et pretioso monili ad pectus defluo. *Arg. pond. 3. drachm. ibidem N. 7.*

c) *Numisma in honorem Matthiae II. qua Archiducis, nondum Regis, ob captum Strigonium anno 1595.*

10. MATTHIAS. D. G. ARCHID. AVST. ETC. SVPR. EXERC. BEL. IN HVNG. INFER. DVX. Effigies ejusdem Equo generoso insidentis, vestitu militari hungarico, cum scipione belli ducibus proprio in manu dextera. Infra Equum flores, et M. S. In imo Numi segmento hoc lemma: MILITEMVS. cum infra posito cusionis anno 1601.

Pars aversa exhibet Conspectum urbis, et arcis Strigoniensis ad Solem Orientem, nec non Castra, et adparatum tormentorum bellicorum. Infra legitur: STRIG. CAP. AN. 1595.

SEP. 2. *Numisma aureum appendens sedecim Ducatos. ibidem N. 8.*

11. Aliud simile *argenteum pondere* 2½ *Semunc.*
 Literae M. S. indicant *Michaelem Schalenberger*, Monetarium Norimbergensem.

d) *Numi coronationis Bohemicae, anno* 1611. *peractae.*

12. Monogramma nominis MATTHIÆ II. cum corona desuper, et duobus palmae ramis decussatis, intra lauream.
 CORONAT. BOHEMIÆ REX. 1611. In laurea. *Numus arg. magnitudine grossi, pond.* 38. *gran.*

e) *Alii Numi Electionis, et coronationis in Regem Romanorum anno* 1612.

13. MATTHIAS D. G. H. B. REX. CORON. IN REGE. ROM. 24. IVN. 1612.
 CONCORDI LVMINE MAIOR. Corona Germaniae inter solem, et lunam. *Aur. simpl.*

14. MATTHIAS. IMPERAT. Protome Imperatoris capite laureato.
 Pars aversa eadem, quae in praecedente. *Pond.* 38. *gran. probi argenti, et est elegantissimae caelaturae.*

Hi Numi erant auctoritate publica signati, sequentes vero a privatis facti, cum Caesareo tamen privilegio.

15. MATTH. ROM. IMP. CAES. ET ANNA AVSTR. AVG. Effigies Imperatoris, ac Imperatricis, capitibus jugatis, pectore tenus expressae.

ELECT. REG. ROM. FRANCOF. RITE PERACTÆ MEM. A. MDCXII. Templum, in quo Septem Electores ante aram SS. Trinitatis genuflexi, liberque arae impositus. In pavimento Aquila biceps cum hac inscriptione: DOMINVS REGNA CONSTITVIT. DAN. II. *Arg. pond.* 3. *drachm.*

16. Antica eadem, quae in praecedente.

In Aversa legitur: MATTHI. ERTZH. ZV. ÖSTERR. IN VNG. BÖH. KÖN. ZVM RÖM. KEYS. ERWEHLT 13. GEKRÖNT 24. ANNA RÖM. KEYSERIN. GEKRÖNT 26. IVN. A. 1612. ZV FRANCFOR. AM MAIN. CVM PRIVILEG. C. M. *Arg. pond.* $\frac{2}{3}$ *Semunc.*

f) His accedunt alii duo Numi, prior de congressu septem Electorum Norimbergae habito, antequam *Matthias II.* in Regem Romanorum eligeretur, posterior vero in memoriam solennis ingressus ejusdem, et Comitiorum Ratisbonae 1613. celebratorum.

17. IVSTITIA, ET SOPHIA, ET CONCORDIA, VINCVLA REGNI. Tres mulieres stantes, quarum illa, quae in medio est, galeata, hastam tenens, Sophiam, seu Palladem, Scientiarum praesidem repraesentat; altera a dextris gladium gerens Justitiam, tertia vero a sinistris, cum olivae ramo adstans alveari, Concordiam designat. Infra: C. PRIVI. C. M.

In Aversa: MEM. REV. ET SERENISS. S. R. I. VIIVIRVM ELECT. NVREMBERGÆ. FELIC. CONGRESSORVM. A. MDCXI. M. IIX—BRI. Insignia septem Electorum in scutis hexagonis, medium tenente locum Scuto Regis Bohemiae, cui reliqua sex circumposita sunt additis nominibus: TRE. COL. MOG. PAL. SAX. BRA. *Arg. deaur. pond.* 3. *drachm.*

18. MATTH. ROM. IMP. CAES. ET ANNA. AVSTR. AVG. Effigies utriusque capitibus jugatis. Matthiae laureati, ad pectus cum aureo vellere.

ZVR GEDECHTNIS. K. M. EINRITS VND REICHSTAGS ZV REGENSPVRG. ANNO 1613. DEN 4. AVG. C. P. C. M. Imperator Eques sub umbella a quatuor Proceribus gestata lente progrediens. *Arg. deauratus pond.* $1\frac{1}{4}$ *Semunc.*

B) Monetae currentes.

a) *Aurei simplices, et duplus.*

1. MATTHIAS. II. D. G. REX. HVN. Effigies Regis stantis, casula sancti Stephani, et omni illo apparatu, quo Reges Hungariae in solemnitate coronationis utuntur, ornati, dextra tenet pro sceptro cambucam, hung. *Bozogány*, sinistra globum cruce patriarchali conspicuum. Siglae: K. B.

DES. IN. REG. BO. AR. AVS. 1609. Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, sedentis in pleno lumine, radiis videlicet undique promicantibus, dextraque tenentis sceptrum, si-

nistra Jesulum tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula Austriae. *Simplex Cremnicensis. Tab. 26. Matth. II. N. 9.*

2—6. Alii quinque praecedenti similes, sed annorum 1610—11. *bis* 12—et 1613. in posterioribus accedit titulus Bohemiae quoque Regis. vide *ibidem N.* 11. *delineatum.*

7. MATTHIAS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator stans, coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus d. sceptrum, s. pomum crucigerum Imperii. Siglae: K. B.

ARC. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TYR. 1614. Deipara coronata, nimbata, et radiis undique circumdata sedens d. tenet Sceptrum, s. Jesulum nimbatum, et globum crucigerum habentem. Sub pedibus luna, infra hanc Scutulum coronatum Hungariae. *Aur. duplus. Ibidem N.* 10.

8. Alius ejusdem anni 1614. in quo Deipara non est radiis circumdata. *Aur. simplex. in margine laesus. ibidem N.* 12.

9. Alius huic similis, sed anni 1616. *Cremnicensis simplex.*

Sequuntur Aurei *Nagybanya* signati.

10. MATT. D. G. R. I. S. A. GE. HV. REX. Imperator stans, coronatus, palliatus, loricatus, gladio praecinctus, sinistrorsum conversus, d. sceptrum, s. pomum Imperii tenens. Siglae: N. B.

AR. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TY. 1616. Deipara coronata sedens, amictu muliebri hungarico, d. gerit Sceptrum, S. Jesulum nimbatum, tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Regni Hungariae. *Aur. simpl. Nagybanyiensis. Tab. 27. Matth. II. N.* 13.

11. MATT. cet. ut supra. Imperator adversa fronte stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus cum sceptro in dextera, et pomo Imperii in manu sinistra. N. B.

AR. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TY. 1617. Deipara coronata, hungarico more induta, sedens cum Jesulo nimbato pomum crucigerum tenente, a dextris, manu sinistra sceptrum gerit. Sub pedibus luna bicornis, infra hanc parmula coronata Hungariae. *ibidem N.* 14.

12. MATT. D. G. R. I. S. A. GE. HVN. BO. REX. Imperator stans, coronatus, palliatus, loricatus, sinistrorsum conversus, gladio praecinctus, d. Sceptrum, s. pomum Imperii tenet. Siglae: N. B.

AR. AV. DV. BV. M. MO. CO. TY. 1619. Deipara coronata, sedens, hungarico more vestita, d. sceptrum, s. Jesulum tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra quam est parmula coronata Hung. *Aur. simpl. ibidem N.* 15.

13. Alius similis, ejusdem anni 1619.

Accedit Moneta aurea Wratislaviensis.

14. MATHIAS D. G. ROM. IM. S. A. G. H. B. REX. D. SIL. Protome Imperatoris coronati, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere.

F. II. LEGITIME CERTANTIBVS. Supra hanc epigraphen Corona cum duobus palmae ramis decussatis; infra vero annus 1617. et Insignia Bohemiae, Silesiae, ac Wratislaviae, addito W. et MONET. WRATIS. *Aur. simplex.*

b) *Thaleri Arg. horumque Semisses, et Quadrantes.*

1. MATTHI. II. D. G. REX. HVN. ZC. DESIG. IN. REGEM. BO. *In fine icuncula Mariana solitis cum attributis.* In medio Protome Regis, corona hungarica, dependentibus catenulis aureis ornata, incincti, sinistrorsum conversi, paludati, loricati, habentis latum collare hispanicum, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID. AVS. DVX. BVR. MAR. MO. CO. TYR. 1610. Scutum corona hungarica coronatum, ac torque aurei velleris circumdatum, continens utrumque Insigne Hungariae, Leonem Bohemiae, tria Capita Dalmatiae, Aquilam Moraviae, et in medio parmulam Austriaco-Burgundicam. K. B. *Arg. Thal. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 27. *Matth. II. N.* 16.

2. MATTHIAS. II. D. G. REX. HVN. DESIG. IN REGEM. BO. Protome Regis eadem, quae in praecedente, sed sine icuncula Mariana.

ARCHID: AVS: DVX: BVR: MAR: MO: CO: TYR: 1609. Scutum coronatum, et aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Hisp. Styriae, Carinth. Carniol. Tyrolis, et in medio parmula Austriaco-Burgundica. *Thal. ejusd. pond. ibidem N.* 17.

3. et 4. Alii duo, annorum 1609. et 1610. praecedenti similes, ejusdemque ponderis.

5. Alius anni 1611. in quo omnia uti N. 2.

6. Alius aeque anni 1611. cum Siglis K..B. in quo supra Effigiem Matthiae Regis occurrit icuncula Mariana, uti N. 1.

7. MATTHIAS. II. D. G. HVNGARI. ET. BOHEMI. REX. Protome, et reliqua omnia, ut in praecedente.

8. Ead. inscriptio cum interposita icuncula Mariana, infra quam est Protome Regis coronati &c. ut supra.

ARCHID. AVS. DVX. BVR. MAR. MO. CO. TYR. 1612. Scutum coronatum, ac torque aurei velleris cinctum, continens Insignia Hung. Boh. Dalm. Morav. et in medio parmulam Austriaco-Burgundicam. K. B. *Thalerus soliti ponderis.*

9. Alius auctis titulis: MATTHIAS. D. G. RO. IM. S. AVG. GER. HVN. BOHEM. REX. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, sinistrorsum conversi, cum lato collari hispanico, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MOR. CO. TYR. 1614. Aquila biceps nimbata, alis expansis,

pansis, ense ac sceptro armata, gerens pectore Scutum, in quo sunt Insignia Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, cum parmula, Austriaco-Burgundica in medio. Supra Aquilam est Corona Imperii cum binis fasciis dependentibus, intra quas occurrit pomum crucigerum. Infra eandem vero Aquilam est parmula coronata Regni Hungariae. K. B. *Thalerus rarus ob Croatiae, et Sclavoniae Insignia. Ibidem N.* 18.

10. Alius huic similis, soloque anno 1615. diversus.,

11. MATTHIAS. *icuncula Mariana.* D. G. RO. IM. S. AVG. GER. HVN. *parmula coronata Hungariae.* BOH. REX. Protome Imperatoris laureati, etc. ut supra.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MOR. CO. TYR. 1618. Aquila biceps, nimbata, coronata, dextro pede gladium, sinistro sceptrum tenens, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo 4. fasciae Hungaricae alternant cum Leone Bohemico, medium locum obtinente parmula Austriaco-Burgundica. K. B. *Thalerus ibidem N.* 19.

12. Alius praecedenti similis, sed annum habens 1620. id est, ab obitu Matthiae II. proximum. *Tab.* 28. *Matth. II. N.* 20.

Sequuntur Semisses, et Quadrantes Thalerorum.

13. MATTHIAS. II. D. G. REX. HVNG. DESIG. IN REG. BOHE. Protome Regis coronati, paludati, loricati, sinistrorsum conversi.

ARCHID: AVS: DVX BVR. MAR. MO. CO: TYR. 1609. Scutum coronatum, et aureo vellere cinctum, in quo Insignia Hung. Boh. Hisp. Styriae, Carinth. Carniol. Morav. et in medio parmula Austriaco-Burgundica. *Pars tamen inferior Scuti sic detrita est, ut enumerata Insignia vix discerni queant. Semis Thaleri, seu flor. arg. Ibidem N. 22.*

14. MATTHI. II. D. G. REX. HVN. ZC. DESIG. IN REG. M. BO. Icuncula Mariana, infra quam Protome Regis coronati, paludati, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID. AVS. DVX. BVR. MAR. MO. CO. TYR. 1611. Scutum coronatum, et aureo vellere cinctum, continens Insignia Hung. Boh. Dalm. Morav. et in medio parmulam Austriaco-Burgundicam. K. B. *Flor. arg.*

15. MATTHIAS. II. D. G. HVNGARI. ET BOHEMI. REX. Icuncula Mariana, infra quam Protome Regis coronati, ut in praecedente.

ARCHID. AVS. etc. ut supra, sed annus 1612. Scutum coronatum continens eadem, quae in praecedente, Insignia. K. B. *Flor. arg. Ibidem N. 21.*

16. MATTHIAS. *Icuncula Mariana.* D. G. RO. IMP. S. AV. GE. HV. *Scutulum coronatum Hunga-*

riae. BO. RE. -- Protome Regis laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID. AV. etc. ut supra. Aquila biceps, nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, continens insignia Hungariae, et Bohemiae alternatim posita, et parmulam Austriaco-Burgundicam in medio. K. B. *Flor. arg. ibidem N.* 23.

17. MAT. II. D. G. REX. HVN. ZC. DESI. IN. RE. BO. Icuncula Mariana, infra quam Protome Regis, ut in praecedentibus.

ARCHID. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TY. 1611. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Dal. Mor. et in medio parmula Austriaco-Burgundica. *Quadrans Thaleri, seu ¼ flor. arg. Ibidem N.* 24.

c) *Grossi, ac Denarii arg.*

1. PATRONA HVNGARIAE. 1613. Deipara coronata, nimbata, undique radiata, dextra tenet pro Sceptro crucem hungaricam, s. Jesulum nimbatum, habentem globulum crucigerum. Sub pedibus luna.

MATTHIAS II. D. G. HVNGA. BO. REX. Scutum corona hungarica tectum, continens 4 fascias a dextris, et Crucem patriarchalem, Tricolli coronato insistentem, a sinistris. K. B. *Grossus pond. 42. gr. vilioris argenti. Ibid. N.* 26.

2. PATRONA HVNGARIÆ. 1614. Deipara coronata, nimbata, sedens d. Sceptrum, s. Jesulum. Sub pedibus luna.

MATTHIAS II. D. G. RO. I. S. AV. GE. HVN. B. R. *in fine rosula.* Scutum continens utrumque Insigne Regni Hung. ut in praeced. N. B. *Grossus Nagybanyensis pond. 36. gr. argenti multo aere mixti. Ibidem N. 25.*

3. et 4. Alii duo *grossi*, annorum 1615. et 1619. cum iisdem Siglis N. B. praecedenti similes, sed in his Deipara vestitur more hungarico. *Ibidem N. 27.*

Sequuntur complures *Denarii*, in quibus eaedem sunt inscriptiones, et figurae, quae in Grossis nunc descriptis, exiguo cum discrimine. Unius exemplum proponitur *in fine Tabulae* 28.

XLIII.

FERDINANDI II. ab A. C. 1618. ad 1637.

Numismata, et Monetae, aur. et arg.

A) *Numismata historica, et Symbolica, ex auro, et arg.*

a) *Numi coronationis Hungaricae.*

1. LEGITIME CERTANTIBVS. inscriptum Schedae per Coronam transeunti, ac literae S. figuram habenti.

Corona Hungariae super duobus palmae, et lauri ramis, in decussim positis, infra quam haec epigraphe: FERDINANDVS II. BOHEMIÆ

REX CORONATVS IN REGEM HVNGARIÆ. DIE 1. IVLII. A. 1618. *Arg. pond.* 2. *Semunc. prox. Tab. XXIX. N.* 1.

2. Alius similis. *pond.* ½ *Semunc. arg. Ibidem N.* 2.

3. Alius minor ejusdem inscriptionis, ac typi. arg. *pond.* 38. *gran. ibidem N.* 3.

4. Infra coronam, duobus palmae, et lauri ramis impositam F. II. et duo igniaria ex torque aurei velleris.

In Aversa iterum est Corona cum insertis in decussim palmae, et lauri ramis, infra quam haec epigraphe: CORONATVS IN REGEM HVNGARIÆ. 1. IVLII. 1618. *Arg. pond.* 16. *gran. ibidem N.* 4.

5. Alius similis arg. ejusd. ponderis.

b) *Numi Coronationis Francofurtensis, anno* 1619. *peractae.*

6. FERDINAND. II. D. G. ROM. IMP. SEMP. AV. HV. B. CO. FRANCOF. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati: et circumposita tria capita Angelorum.

LEGITIME CERTANTIBVS. Corona Imperii cum insertis palmae, et lauri ramis, superposito gladio et sceptro, supra quam occurrit laurea radiis solaribus illustrata. *Numus quadratus arg. pond.* 38. *gran.*

7. FERDINAND. II. IMPER. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, sinistrorsum conversi.

FIRMATVM COELITVS OMEN. Corona Imperialis, et alia desuper, quam duae manus, ex nubibus protensae, simul tenent. *Arg. pond.* 40. *gr. fabrieae elegantis.*

c) *Numisma aureum, et argenteum Ferdinando II. et Eleonorae Mantuanae, post nuptias Oeniponti celebratas, in reditu per Carinthiam, a Civitate Sancti Viti anno 1622. oblatum.*

8. † FERDINANDVS II. D: G: R: I: S: A: G: H: ET: B: REX ZC. ARCH: AVS: ET: CARINTHIÆ. D: BV. ZC. ELEONORA. IMPERATRIX. G: H: BO. ZC. REGINA. DVCISSA. MANTVANA: ZC. Circulus flosculis ornatus, in quo sunt Capita jugata, coronata, sinistrorsum spectantia, vtriusque Principis, ad pectus cum aureo vellere. Infra haec occurrit parmula continens Insignia Carinthiae.

Pars aversa continet in medio circulo Aquilam bicipitem Imperialem, imminente desuper corona. Hanc circumsistunt duo ordines Scutorum in orbem collocatorum; inter quae supremum obtinent locum medium duo Scuta Hungariae, et Bohemiae sub una eademque corona: his proximae sunt a dextris, et sinistris parmulae coronatae, Castiliae, Legionis, Arragoniae, et Siciliae, quas in eodem circulo deorsum utrinque subsequuntur aliae quatuor provinciarum tesserae, pileis Principatuum ornatae, nimirum Tyrolis, Silesiae, Austriae superioris et Moraviae. Interiorem

vero ordinem constituunt aliae quaternae, scilicet Austriae, Burgundiae, Styriae, atque Carnioliae. Infra haec demum occurrit Scutum continens *S. Vitum* Martyrem in olla, addita inscriptione germanica: DIE STAT S. VEIT 1622. *Aur. pondere triginta Ducatorum.* RR.

9. Aliud simile Numisma, sed *argenteum pondere quatuor Semunciarum.* R.

Apud Marquardum *Herrgott* in Numotheca Principum Austriae nulla fit mentio *aurei* idgenus Numismatis, sed *argentei* tantum.

d) *Sequens Numisma celebrat solemnem Imp. Ferdinandi II. cum Eleonora Augusta ingressum ad Comitia Ratisbonae habita sub finem anni* 1622.

10. EN DANTE JEHOVA SIC DEINDE VIREBIT. In medio duae parmulae junctae, exhibentes nomina, titulos, et effigies a dextris *Ferdinandi II.* a sinistris *Eleonorae* Augustae, infra est globus terraqueus, supra vero columba alis expansis, rostro ferens ramum olivae, insidensque, ac velut conquiescens in margine earundem parmularum. Capiti columbae imminet laureola.

Pars aversa continet inscriptionem germanicam Stylo illius aevi: NOVEM $\frac{1}{4}\frac{4}{}$. ZV REGENSPVRG KAISERLICH MAIESTÆT MIT DERO GMAHL -- DEN EINTRITT HAT ZVM CONVENT. GOTT GEB DARZV GNAT, ANNO 1622. Infra est

corona cum duobus palmae ramis decussatim insertis. In margine vero legitur: CVM PRIVIL. CÆS. C. M. *id est: Christianus Maler Monetarius Norimbergensis. Arg. pond. Semunc. prox.*

In his Comitiis exauctorato *Friderico* Palatino Maximilianus Bavariae Dux dignitatem Electoralem adeptus est.

e) *Numus conservans memoriam non tantum victoriae de Friderico Palatino ad Pragam in Monte Albo relatae, anno* 1620. *verum etiam Templi, ac Monasterii anno* 1628. *eodem in loco fundati sub titulo Sanctae Mariae de Victoria.*

11. SVB TVVM PRÆSIDIVM. 1628. 25. APRIL. *Ferdinandus II.* corona Imperiali humi deposita, flexis genibus orans coram imagine Virginis Deiparae, ab Jesulo coronam Bohemiae accipit.

Pars Aversa exhibet praelium Pragense in monte albo, cum inscriptione supra posita: S. MARIA DE VICTORIA. et hac alia, quae in area inferiore legitur: VICTORIA. A. FERD. II. PARTA. PRAGÆ. 8. NOV. 1620. *Arg. Semunc. prox.*

f) *Alii duo Numi mnemonici, a Civitate Viennensi occasione cujuspiam solemnitatis Imperatori Ferdinando, et Eleonorae Augustae dicati.*

12. FERDINAND. II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. ELEONORA I. G. H. BO. REGIN. Protome amborum, Capitibus jugatis, Ferdinandi laureato, et ad pectus cum aureo vellere.

MDCXXVIII. Conspectus urbis Viennensis cum parte Danubii moenia alluentis. Supra urbem Aquila biceps inter duos genios alatos. *Arg. pond. Semunc.*

13. FERDINANDVS II. D. G. etc. ut supra, sed accedit Reginae titulus: D. MANT. Effigies etiam eaedem, sed Ferdinandi sine laurea: et infra axillam occurrit annus 1630.

In aversa prospectus est urbis Viennensis, cum parte Danubii, et vicini suburbii. Supra urbem Aquila biceps inter duoas genios. Infra legitur: VIENNA AVSTRIÆ: MDCXXX. *Arg. deaur. pond. Semunc.*

B) Monetae usuales, aureae, et arg.

a) *Aurei vario pondere decupli, quintupli, dupli, simplices.*

1. FERDINANDVS. II. D. G. R. I. S. A. G. H. BO. REX. Imperator stans coronatus, loricatus, ense praecinctus, sinistrorsum conversus, sine pallio, d. sceptrum tenet humero admotum, s. pomum Imperii. Ad latus dextrum clypeus

coronatus exhibens leonem Bohemiae, ad sinistrum alius aeque coronatus, continens utrumque Insigne Regni Hungariae. Intra pedes Imperatoris numerus 10. introcusus.

ARCHID. AVSTR. DVX. BVRG. MAR. MOR. 1623. Aquila biceps, cum imminente desuper corona Imperiali, alis expansis, habens in pectore Scutum Austriaco-Burgundicum, pileo Ducali tectum, ac torque aurei velleris cinctum. Infra Aquilam pro Nota, ut videtur, monetaria Gryphus, extra circulum, intra ipsam inscriptionem sculptus. *Aur. pondere 10. ducatorum. Tab. 29. Ferd. II. N. 9.*

In Bohemia signatus, propter Scutum Hungariae Bohemico postpositum.

2. FERDINANDVS II. D. G. R. I. S. AVG. GER. HVN. BO. REX. Protome ejusdem laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. CO. TY. 1631. Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, gladio, et sceptro armata, gerens pectore scutum, aureo vellere cinctum, in quo est utrumque Regni Hung. Insigne. Supra aquilam est Corona cum taeniis pendentibus. Siglae: N. B. *Aureus decuplus. Ibidem N. 11.*

3. FERDINAND. II. D. G. RO. I. S. AV. GE. HV. B. REX. Imperator stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus d. Sceptrum, s. pomum Imperii. K. B.

ARCHID. AV. DV. BVR. MAR. MORA. CO. TYR. 1632. Deipara coronata, nimbata, radiis un-

dique cincta, sedens d. sceptrum liligerum, s. Jesulum benedicentem, et globum crucigerum tenentem, gerens. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aureus quintuplus. Ibidem N. 7.*

4. Alius similis, ejusdem anni, sed *pond. duorum tantum ducatorum. Ibidem N. 6.*

5. FERDINANDVS II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator stans, coronatus, loricatus, ense praecinctus, sine pallio, d. sceptrum, s. pomum Imperii. Ad latus dextrum Leo Bohemiae in scuto coronato, et ad sinistrum latus Insignia Hungariae aeque in scuto coronato, supra quod occurrit numerus romanus II. introcusus, valorem aurei indicans, et sub Imperatoris pedibus aliud quodpiam Insigne Comitis Camerae.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVRG. MA. MO. 1636. Aquila biceps nimbata, cum corona Imperii desuper imminente, alis expansis, habens in pectore Scutum Austriaco-Burgundicum, pileo Archiducali tectum, atque aureo vellere cinctum. *Aur. duplus, in Bohemia, ut videtur, signatus.*

Sequuntur aliquot exempla aureorum simplicium Cremnicensium, et Nagybanyiensium.

6. FER. II. D. G. R. I. S. A. GE. H. B. REX. Imperator stans, coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, sinistrorsum conversus, d. tenens sceptrum, s. globum crucigerum. Siglae: K. B.

AR. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TY. 1626. Deipara coronata, nimbata, radiis undique cincta, sedens d. sceptrum, s. gerit Jesulum nimbatum, tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aur. simpl.*

7. Alius similis, anni 1628. *simpl. ibidem N.* 5.

8. Alius aeque simplex Cremnicensis, praecedenti similis, anni 1630.

9. et 10. alii duo, annis tantum diversi, cum siglis K. B. quorum prior est anni 1636. posterior anni 1657. *simplices.*

11. FER. II. D. G. R. I. S. A. GE. HV. BOI REX. Effigies Imperatoris stantis, coronati, palliati, paludati, loricati, ense praecincti d. Sceptrum, s. pomum Imperii, intra pedes flosculus. In area: N. B.

AR. AV. DVX. AVR. COM. TYR. 1635. Deipara coronata, nimbata, et more hungarico vestita d. sceptrum, s. gerit Jesulum tenentem globum, Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aur. simpl. Nagybanyiensis. Ibidem N.* 8.

b) *Thaleri arg. integri, horumque Semisses, et Quadrantes.*

1. FERDINAND. *icuncula Mariana.* D. G. RO. I. S. AVG. GER. HVNG. *scutulum coronatum Hungariae.* BOH. REX. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MOR. CO. TYR. 1622. Aquila biceps nimbata, impendente desuper corona Imperiali cum taeniis pendulis, expansis alis, ense, sceptroque armata, habens in pectore Scutum Hungarico-Bohemicum coronatum, aureoque vellere cinctum. K. B. *Thalerus pondere solito. Tab.* 29. *Ferd. II. N.* 12.

2. Alius huic similis, sed annus cusionis est 1630.

3. FERDINANDVS II. D. G. R. I. S. AVG. GER. HVN. BO. REX. Protome Imperatoris laureati etc. ut in praeced.

ARCHIDVX AVS. DVX BVRG. COMES TYR. 1731. Aquila biceps nimbata, habens supra se pomum Imperii, et Coronam cum taeniis pendentibus, alis expansis, ense, et sceptro armata, gerens in pectore Scutum bipertitum Regni Hungariae, aureo vellere ornatum. In area: N. B. *Thal. Ibidem N.* 10.

4. FERDINAND. *icuncula Mariana.* D. G. RO. I. S. AVG. GER. HVNG. *parmula coronata Hungariae.* BOH. REX. Protome Imperatoris laureati &c. omnia uti sub Num. 1. sed annus in hoc 1632. *Thal. arg. soliti ponderis. Tab.* 30. *Ferd. II. N.* 13.

5. Alius *Nagybanyae* signatus anno 1635. ab illo, qui sub N. 3. describitur, hoc fere solo diversus, quod in aversa parte supra aquilam desit pomum Imperii.

6. FERDINANDVS II. D. G. RO. IM. S. A. G. H. B. REX. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra est parmula cantheriata.

ARCHID. AVS. DVX. BVR. COM. TYR. 1624. Quinque Scuta, primum scilicet Imperii Romano germanici continens Aquilam bicipitem, sub corona reliquis majore, alterum a dextris coronatum exhibens quatuor fascias Hungariae, tertium a sinistris aeque coronatum, in quo est scutum Burgundiae, quartum Austriae quibus interposita sunt tria igniaria velleris aurei. *Thal. pond.* 1¼ *Semunc.*

Ex parmula Cantherium continente, quae in Antica parte occurrit, colligere licet, hunc Thalerum ex officina Austriaca prodivisse. Extant etiam dupla magnitudine in Numotheca Principum Austriae, teste Marquardo *Herrgott*, T. II. P. II. *Monumentorum Austr. pag.* 197.

7. FERDINAND. &c. Omnia fere uti Num. 4. sed annus est 1630. *Semis Thaleri, seu florenus arg.*

8. Alius similis anni 1634. *Flor. arg. Ibidem N.* 14.

9. FER. D. G. *icuncula Mariana.* RO. IM. S. AV. GE. HV. *Scutulum coronatum Hungariae.* BOH. REX. Protome Imperatoris laureati &c. ut supra.

ARCHI. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TY. 1632. Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis, ense sceptroque armata, gerens in pe-

ctore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo 4. fasciae Hungaricae et Leo Bohemiae alternant, medium locum obtinente parmula Austriaco-Burgundica. *Quadrans Thaleri, seu medius flor. arg. Ibidem N.* 15.

c) *Grossi, Denarii, Obuli arg.*

1. *Grossus Novem Denariorum.* FER. II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. Protome Imperatoris corona aperta coronati.

GROS. REGN. VNG. NOV. DENARIO. 1623. Supra hanc epigraphen est numerus romanus VIIII. et notae monetales K. B. inter parmulam coronatam Hungariae, et aquilam bicipitem Imperii. *Numus bis perforatus iis in locis, ubi iconismus Numi foramina per annulos imperite repraesentat. pond.* 25. *grana argenti plurimo aere permixti. Tab.* .. *Ferd. II. N.* 16.

Sequuntur denarii, et obuli.

2. PATRONA. HVNGARI. Deipara nimbata sedens, d. sceptrum, s. Jesulum. Sub pedibus lunā.

FER. II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. 1629. K. B. Scutum continens utrumque Insigne Regni Hung. *Den. pond.* 7. *gr. vilioris argenti. Ibidem N.* 17.

3. PATRO. HVNG. 1730. Icon Mariana cum sceptro, et Jesulo.

FER. II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. Scutum Hungariae. K. B. *Den. pond.* 7. *gr. prox. Ibid. N.* 18.

4. Alii similes diversorum annorum.

5. *Obulus* anni 1636. sine inscriptionibus, hinc iconem Marianam, inde Scutum Hung. cum siglis K. B. habens. *pond.* 5. *gr. Ibidem* N. 19.

XLIV.

Ferdinandi III. ab A. C. 1637. ad 1657.

Sed in Regem Hung. jam anno 1625. coronati, vivo patre.

Numismata, et Monetae aur. arg. aen.

A) *Numismata Iconica, Symbolica, et historica.*

a) *Coronationum in Hung. Boh. Germ.*

1. PIETATE ET IVSTITIA. 1625. Crucifixus, ex quo bilanx pendet.

Laurea, in qua est Corona Hungariae inter duos flores, et haec epigraphe: III. FER. CORONATVS IN REGEM HVNGARIAE. VIII. DEC. *Arg. pond.* 63. *gr. Tab. XXX. Ferd.* 3. *N.* 4.

2. Alius similis, et ejusdem fere ponderis. *Ibidem N.* 5.

3. Conspectus urbis Soproniensis, infra quam est Scutum continens ejusdem insignia inter alias duas parmulas inclinatas, quarum una Crucem patriarchalem Tricolli coronato impositam, altera quatuor fascias Regni Hungariae exhibet.

1625.

1625. GEDECHTNVS DER KHINIGLICHEN KHRENNVNG ZV EDENBVRG. 8. DE. *Sic. Arg. deaurat. pond.* 2. *drachm. Ibidem N.* 6.

4. PIETATE ET IVSLITIA. 1627. Crucifixus cum bilance.

Corona Bohemiae cum duobus palmae ramis, infra quam haec epigraphe: FERDINANDVS III. HVNGARIÆ REX COROR. IN REGEM BOHEMIAE XXV. NOVEM. *Arg. pond.* 31. *gr.*

5. FIRMAMENTA REGNORVM. Crux cum bilance, et gladio, sceptroque decussatim interpositis.

Corona Germaniae, et haec inscriptio: FERDINAND. III. HVG. ET BOH. REX. CORON. IN REG. ROMANORVM XXX. DECB. MDCXXXVI. *Arg. pond.* 20. *gr.*

6. Corona Germ. infra quam F. III. inter duo igniaria ex torque aurei velleris accepta.

FERDINAD. III. HVG. ET BOE. REX CORON. IN REG. ROMAN. XXX. DECB. A. 1636. *Arg. pond.* 15. *gr.*

Parva haec Numismata pertinent ad genus *Missilium*, quae occasione coronationum publicae laetitiae causa in vulgus mitti, spargique solent.

b) *Numismata iconica Ferdinandi III. qua Regis junioris, modo cum patre Ferdinando II. et Eleonora Augusta, modo solius, vel cum patre tantum.*

7. FERDINANDVS II. D. G. R. I. S. A. G. H.. B. REX. ELEONORA. IMP. G. H. B. REG. DV. MAN. Effi-

gies utriusque, *Ferdinandi II.* ad pectus cum aureo vellere, et *Eleonorae* cum pretioso monili. Haec in circulo, extra quem in quatuor angulis occurrunt totidem parmulae, continentes Insignia Germaniae, Hungariae, Bohemiae, et Austriaco-Burgundicum.

FERDINANDVS III. D. G. REX HVNG. ARCHID. AVS. D. BVR. CO. TYR. Effigies Regis junioris pileo cristato, et reliquo cultu hungarico conspicui. Extra circulum in tribus angulis totidem Capita alis instructa, et in quarto angulo duo palmae rami. *Numisma arg. tetragonum pond. 2. Semunc. Ibidem N. 1.*

8. FERDINANDVS TERTIVS D. G. HVNG. REX. Protome ejusdem capite pileato cristato, et reliquo amictu hungarico, pectore tenus.

PIETATE ET IVSTITIA. Crucifixus, ex quo bilanx pendet. Infra est cespes. *Arg. pond. didrachm. Ibidem N. 3.*

9. FERDINANDVS III. D. G. HVNGARIÆ REX. ETC. 1627. Protome Regis junioris, sinistrorsum spectantis, capite nudo, cultu hispanico, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

FERDINANDVS II. ROM. IMP. S. AVG. Protome Imperatoris laureati, paludati more hispanico, et loricati, ad pectus cum aureo vellere. *Numisma aeneum, probe deauratum, magni moduli, et pro gestamine ansula, atque catenulis instructum.*

c) *Numismata* FERDINANDI III. *jam Imperatoris dignitatem adepti.*

10. FERDINAND. III. D. G. RO. I. S. AVG. GE. HV. BO. REX. In laurea, ex duobus ramis, et alis, atque capite Angeli facta, Protome Imperatoris laureati, cultu hispanico, ad pectus cum aureo vellere.

Pars aversa exhibet in medio circuli granulati Scutum Regni Hungariae cum inscriptione † HVNGARIA. Cui circumposita sunt alia novem Scuta Regnorum et provinciarum juris hungarici, additis literis initialibus. D. C. S. R. S. G. L. C. B. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 2.

11. Antica, ut in praecedente Numo. Accedit tamen in area numerus 2131. nigro colore exaratus, respondens forte numero Catalogi vendendorum Numismatum.

PIETATE ET IVSTITIA. 1639. Bilanx inter duo Scuta coronata, Hungariae, et Bohemiae, cui manus de coelo porrecta coronam Imperii imponit. Infra hanc occurrit laurea, cum Sceptro ac ense decussatim positis. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 7.

12. FERDI. III. D. G. ROM. IM. SE. AV. GE. HV. BO. RYX. Protome Imperatoris laureati, amictu hispanico, ad pectus cum aureo vellere.

FIRMAMENTA REGNORVM. bilanx cum lingula, cruci superpositae inversa, aequilibrans sceptrum, et gladium decussatim vecti suo adpositum, funiculo circumjecto. *Aureus pond.*

8½ *ducasorum elegantis caelaturae. Tab.* 31. *Ferd. III. N.* 8.

13. FERDINAD. *Sic.* IMP. Caput laureatum, ad pectus cum aureo vellere.

FIRMAMENTA REGNORVM. Bilanx pro lingula habens crucem, adpositis ad brachia gladio et sceptro in decussim. *Pond.* 40. *gr. optimi argenti.*

d) *Numisma* FERDINANDO III. *oblatum a montanis Hungariae civitatibus anno* 1648.

14. FERDINAND. III. D. G. RO. I. S. AVG. GE. HV. BO. REX. In laurea, ex duobus ramis, et alis, atque capite Angeli facta, Protome Imperatoris laureati, ad pectus cum aureo vellere.

FATA REVIVISCVNT FOELICI SIDERE: ET OFFERT E MINERIS FERNANDE TVIS TERRA HVNGARA FRVCTVS. 1648. Luna radians in circulo granulato. *Arg. pond.* 2. *Semunc. ibidem N.* 9.

e) *Numismata historica pacis Westphalicae, sub* FERDINANDO III. *confectae.*

15. PAX OPTIMA RERVM. A. DNI. MDCXLIII. Corona, et Sceptrum in culcitra humi posita, advolantibus desuper tribus columbis cum totidem olivae ramis.

MONAST. CIV. EPLIS: LOCVS PACIS VNLIS. Conspectus civitatis Monasteriensis, infra cujus moenia in duobus angulis occurrunt literae E. K. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

16. PAX HISPANO-BATAVA. Mulier in biga Leonum coronatorum, quorum alter Insigne Hollandicum, colligatas videlicet septem sagittas pede anteriore gerit; per viam armis abjectis instratam vecta, manu dextera opes ex Cornucopiae fundit, sinistra caduceum tenens. Haec circulo clauduntur, in cujus peripheria legitur: ET. IVNCTI. CVRRVM. DOMINÆ. SVBIERE. LEONES.

Pars aversa monepigrapha sic habet: PACIS FOELICITAS ORBI CHRISTIANO QVA RESTITVTA QVA AD INCITAMENTVM DEMONSTRATA TOT REGNIS ET PROVINCIIS AD VTRVMQ. SOLEM VTRVMQ. OCEANVM TERRA MARIQVE PARTA SECVRITAS TRANQVILLITATIS PVBLICÆ SPE ET VOTO. ANNO. MDCXLVIII. *Arg. maximi moduli pond. 3¼ Semunc. elegantis fabricae.*

f) *Sequentibus Numis celebratur Executio Pacis Westphalicae.*

17. † MAGNAS FERTE DEO GRATES PRO PACE RELATA. Pars globi terraquei, super quo elevatis duabus manibus, atque ad preces compositis, tertia manus de caelo porrecta sertum oleaginum ostentat.

IMPER. FERDINANDO III. P. F. AVGVSTO, Scutum continens Insignia urbis Norimbergae, et sequens epigraphe germanica: GEDACHTNVS DES FRIEDENVOLLZIEHVNGS SCHLVSS IN NVREMBERG. 1650. 16. IVNII. *Aur. pond. 2. Ducat.*



18. MAGNAS &c. ut supra. Pars globi terraquei, et manus de caelo protensa cum serto olivae.

IMP. FERDINAN. III. P. F. AVGVSTO PACIS EXECVTIO DECRETA NORIBERGÆ. MDCL. 16. IVNII. *Arg. tetragon. pond. drachm.*

g) Accedit Numus inauguralis Gymnasii Posoniensis Protestantium Augustanae Confessionis, qui tamen rectius ad Partem III. inter Miscellaneos reponeretur.

19. INAVG. GYMN. POSON. EV. F. FEST. ANDR. MDCLVI.

Equus Trojanus, heroas armatos effundens. *Arg. didrachm. Tab. 31. Ferd. III. N. 10.*

B) Monetae usuales aur. arg. aen.

a) *Aurei vario pondere, serie chronologica.*

1. FERDINANDVS III. D. G. HVN. BOH. &C. REX. Protome ejusdem capite nudo, imberbi, latissimum crispum focale in collo gestantis, ad pectus cum aureo vellere. Infra est parmula continens monogramma ex PH. compositum.

ARCHIDVX AVSTRIÆ. &C. 1628. *in fine g inter duas rosulas.* Scutum coronatum, et aureo vellere cinctum in circulo granulato, continens Insignia Hungarico-Bohemica. *Aureus decuplus. Tab. 31. Ferd. III. N. 13.*

2. FER. III. D. G. R. I. S. A. GE. H. B. REX. Imperator stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, sinistrorsum conversus, d. sceptrum, s. pomum Imperii crucigerum. K. B.

AR. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TY. 1639. Deipara sedens coronata, nimbata, radiis undique cincta, d. tenet sceptrum, s. Jesulum nimbatum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aur. simplex Cremnic. Ibidem N.* 11.

3. FERDINAND. *icuncula Mariana.* III. D. G. RO. I. S. AVG. GER. *parmula coronata Hung.* HV. BO. REX. Protome Imperatoris laureati, barbati, cultu hispanico, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHIDVX. AV. DVX. BVR. MAR. MOR. CO. TY. 1641. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, ense, sceptroque armata, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hungarico-Bohemica, cum parmula Austriaco Burgundica in medio. K. B. *Aureus uncialis decuplus.*

4. FER. III. D. G. R. I. et reliqua omnia, uti N. 2. sed annus est 1641. *Aur. simplex Cremnicens.*

5. Alius, uti N. 2. sed annus 1646. et supra effigiem Marianam tres stellulae. *Aur. duplus Cremnic. Ibidem N.* 12.

6. Alius anni 1648. in quo omnia, uti N. 2. *simplex Cremnicensis.*

7. Alius huic similis, sed anni 1650. *aeque simplex Cremn.*

8. FERDINAN. III. D. G. &c. uti N. 2. sed annus 1651. et est *Aur. duplus.*

9. FER. III. D. G. et reliqua ut N. 2. sed annus 1652. *Simplex Cremnic.*

10. FERDINAND. *icuncula Mariana.* III. D. G. et reliqua omnia, uti sub N. 3. sed annus in hoc est 1652. K. B. *Aureus uncialis decuplus. Tab.* 32. *Ferd. III. N.* 18.

11. FER. III. &c. uti N. 2. sed annus est 1655. *Simplex Cremnicensis.*

12. Alius similis annum habens 1650. *Simpl. Cremn.*

13. In alio simili occurrit annus 1657. *Simpl. Cremn.*

b) *Argentea Moneta: Thaleri, horumque Semisses, et Quadrantes.*

1. FERDINAND. III. D. G. HV. BOH. ETC. REX. Protome Regis imberbis, nudo Capite, latissimo crispo cum focali circa collum, sinistorsum spectantis, amictu hungarico, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHIDVX AVSTRIÆ. ETC. 1629. in fine monogramma ex P. H. factum. Circulus granulatus, in quo Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, continet Insignia Hungarico Bohemica, cum parmula Ausriaco-Burgundica in medio. *Arg. Thal. Tab.* 31. *Ferd. III. N.* 14.

2. FERDINANDVS III. D. G. HVNG. BOH. ETC. REX. Protome Regis imberbis nudo capite, latissimum crispum focale in collo habentis, sinistrorsum conversi, amictu hungarico. Infra

est P. H. in monogramma contractum; in area vero exaratus est numerus 788. nigro colore.

Pars aversa exhibet Effigiem Deiparae coronatae, in circulo oblongo radiato sedentis, quae d. sceptrum, s. Jesulum gerit, ac sub pedibus lunam habet, infra quam est parmula Burgundico Austriaca, supra vero ad latus dextrum occurrit Scutum coronatum Hungariae, et ad sinistrum Bohemiae, aeque coronatum, Inscriptio est: FECIT MAGNA POTENS. 1630. *Arg. Thal. ibidem N.* 15.

3. FERDINAD. *Sic.* III. D. G. RO. IM. S. AV. GE. HV. BO. REX. Protome Imperatoris laureati, barbati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. COMES TYRO. 1638. Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, ense sceptroque armata, habens in pectore Scutum aureo torque cinctum, in quo Hungariae tantum Insignia sunt, quatuor nempe fasciae, et Crux patriarchalis in Tricolle coronato. Notae monetales NN. B. *Arg. Thal. Nagybanyiensis. Tab.* 32. *Ferd. III. N.* 17.

4. FERDINAND. *icuncula Mariana.* III. D. G. RO. I. S. AV. GER. *Scutulum coronatum Hungariae.* HV. BO. REX. Protome Imperatoris, uti in Numo praecedente.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MO. CO. TY. 1645. Aquila biceps cum attributis supra descriptis continens in Scuto Insignia Hungarico-

Bohemica, et in medio parmulam Austriaco-Burgundicam. K. B. *Arg. Thal.*

5—10. Alii sex, nunc descripto similes, annis tamen cusionis diversi, qui sunt 1648—49—50—52—53 et 1654. *Arg. Thaleri.*

11. FERDINAND. III. D. G. RO. I. S. AVG. GER. HV. BO. REX. Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, ense sceptroque armata, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hungarico-Bohemica, et in medio parmula Austriaco-Burgundica. K. B.

Pars aversa has tantum quatuor literas I. K. E. M. subscriptumque anni 1655. numerum exhibet, sparsis inter literas flosculis. Alia vero ornamenta constituunt stella in summitate, crucula in fine, et in ipso Aversae centro Rosa. *Arg. Thal. pondere solito Tab.* 32. *Ferd. III. N.* 16.

Varias de quatuor his literis conjecturas vide apud *Marquard. Herrgott in Numotheca Principum Austr. p.* 235. *seqq. et Köhler Münz. Belustigung P. XVIII. p.* 190.

12. FERDINAND. *icuncula Mariana.* III. D. G. RO. I. et reliqua omnia, uti N. 4. sed annus est 1656. K. B. *Arg. Thal.*

13. Alius similis, annum habens 1657. *Ferdinandi III.* postremum. *Arg. Thal.*

14. et 15. Alii duo, ejusdem *Ferdinandi III.* nomine, et effigie signati, quorum unus exhibet annum 1658. alter 1661. *Arg. Th.*

Sequuntur semisses, et quadrantes Thalerorum.

16. FERDINAND. *icuncula Mariana.* III. D. G. RO. I. S. AVG. GER. HV. *parmula coronata Hung.* BOH. REX. Protome Imperatoris laureati &c. uti supra.

ARCHID. AVS. DVX. BV. MAR. MOR. CO. TYR. 1647. Aquila biceps cum attributis supra descriptis. K. B. *Flor. arg.*

17. Alius similis cum anni numero 1650. *Flor. arg. Ibidem N.* 19.

18. et 19. Alii duo, in quorum uno annus 1653. in altero 1658. *Flor. arg.*

20. Item alius anni 1658. sed ¼ *Flor. arg. Ibid. N.* 20.

c) *Grossi, et denarii arg. et unus ex aere.*

1. FERDIN. III. D. G. HVNGAR. REX. Protome Regis capite nudo, cum lato crispo collari hispanico, sinistrorum spectantis. Infra est numerus 3. valorem totidem cruciferorum indicans.

ARCHIDV. AV. DVX. BV. ET STI. 1627. Tres parmulae, Hungarica, Hispanica, Austriaco-Burgundica; quarta vero Styriaca in latere intra ipsam perigraphen. *Gross. pond.* 22. *gr. argenti cupro mixti. Tab.* 32. *Ferd. III. N.* 21.

2. Alius ejusdem anni praecedenti similis.

3. FERD. III. D. G. HV. BO. REX. Protome, ut in prioribus. Infra est numerus 3. parmulae inscriptus.

ARCHIDVX AVST. C. 1631. Scutum coronatum, continens Insignia Hungarico-Bohemica, et in medio parmulam Austriaco Burgundicam. Infra est monogramma ex PH. *Gross. arg. pond.* 22. *gr. ibidem N.* 22.

4. PATRO. HVNGA. 1655. Deipara coronata sedens d. sceptrum, s. Jesulum sub pedibus luna.

FER. III. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. Scutum continens utrumque Insigne Regni Hungariae. K. B. *Denarius arg. octuplus*, *pond.* 64. *gr. Ibidem N.* 24.

5. Corona, F. et III. in eadem linea perpendiculari, inter duas rosulas. P. H. 1652. et duae rosulae. *Numus aereus.*

XLV.

FERDINANDI IV. *coronati* 1647. *Patri praemortui* 1654.

Numismata aurea, et argentea Coronationum tantum. Monetae nullae.

a) *Coronationis in Regem Hungariae.*

1. PRO DEO ET POPVLO. Sceptrum inter duos palmae ramos stans erectum, apice ad nubem, atque ad oculum radiantem divinae Providentiae pertingens.

Corona inter duos palmae ramos, et haec epigraphe: FERDINAND. IV. REX. BO. ARCH.

AVS. CORONATVS IN REGE VNGARIÆ. 16. IVNII. 1647. *Arg. parvus. Tab. 32. Ferd. IV. N.* 1.

2. Alius similis, sed argenteus parvi moduli.

3. Corona inter duos palmae ramos, infra quam F. et IV. perpendiculari situ. In area Annus 1647.

† REX BOHÆ. ARCH. AVSTR. CORONATVS IN REGEM VNGARIÆ. 16. IVNII. In fine crucula duobus ramusculis intercepta. *Arg. parvi moduli. Ibidem N.* 2.

b) *Coronationis in Regem Bohemiae, quae praecessit.*

4. Corona Bohemiae, infra quam haec epigraphe: FERDINANDVS IV. ARCHID. AVSTRIÆ. CORONATVS IN REGEM BOHEMIÆ. 5. Augusti A. 1646.

PRO DEO ET POPVLO. Ensis erectus, circumvolutis palmae ramis. *Arg. parvi moduli.*

c) *Coronationis in Regem Romanorum.*

5. Corona Imperii Germanici inter duos palmae ramos, et haec epigraphe: FERDINAND. IV. HVG. ET BOH. REX CORON. IN REGEM ROMANORVM. XVIII. IVNII. MDCLIII.

PRO DEO ET POPVLO. Sceptrum inter duos palmae ramos ultra nubes erectum, supra quod oculus radians divinae Providentiae. *Numisma aureum pond. 4. Ducatorum.*

6. Alius similis, aeque *aureas, sed simplex.*

7. Alius magnitudine Thaleri, *argenteus.*

8. Item alius *arg. magnitudine Grossi.*

9. RESPICIT HÆC POPVLVM. RESPICIT ILLA POPVLVM. Urbs Ratisbona, in cujus medio globus cruciger Imperii cum stante in eodem Aquila bicipite coronata, quae capite uno Solem, altero homines ad urbem venientes respicit.

IN MEMORIAM REGIÆ CORONATIONIS. ET. COMITIORVM RATISBON. ANNO MDCLIII. Peripheria Numi lemniscis ornata. *Arg. pond. 3. drachm.*

10. FERDINAND. IV. RO. REX. Protome Regis laureati.

PRO DEO ET POPVLO. Sceptrum inter duos palmae ramos stans erectum, supra quod est oculus divinae Providentiae. *Arg. parvus.*

XLVI.

Leopoldi I. *Magni.*

Coron. A. C. 1655. Patri successit, 1656. Obiit 1705.

Numi memoriales, et Monetae currentes, aur. arg. aen.

A) *Memoriales varii generis.*

a) *Homagii Viennensis, et Coronationum Hung. Boh. Germ.*

1. LEOPOLDO IGNATIO ARCHIDVCI AVSTRIÆ HOMAGIVM PRÆSTATVR. XXVI. IAN. MDCLV. Supra

hanc epigraphen Corona Archiducalis inter duos palmae ramos.

CONSILIO ET INDVSTRIA. Globus coronatus, ac triangulo insignitus, supra quem Oculus divinae Providentiae, et duo brachia humana ex nubibus protensa, unum ense armatum, alterum sceptro. *Arg. medii, et parvi moduli.*

2. LEOPOLDVS IGNATIVS ARCHID. AVS. CORONATVS IN REGEM HVNGARIÆ. XXVII. IVNII. MDCLV. Supra hanc epigraphen Corona regia inter duos palmae ramos.

CONSILIO ET INDVSTRIA. Oculus divinae Providentiae, et humana duo brachia ex circumfusis nubibus porrecta, unum ense, alterum sceptro instructum, infra quae globus coronatus, ac triangulo insignitus, ruentibus utrinque fulminibus impetitur. *Arg. pond. didrachm. Tab. 33. Leop. I. N.* 1.

3. et 4. Alii duo, minoris formae, praecedenti similes. *Arg. ibidem N. 2. et 3.*

5. LEOPOLDVS HVNGARIÆ REX IN REGEM BOHEMIÆ CORONATVS. 14. SEPTEMB. 1656. Supra hanc epigraphen Corona inter duos palmae ramos.

CONSILIO ET INDVSTRIA. Oculus divinae Providentiae, et reliqua, uti N. 2. in aversa. *Arg. parvus.*

6. LEOPOLDVS HVNG. ET BOH. REX CORON. IN REGEM ROMANORVM. 1. AVG. MDCLVIII. Supra hanc epigraphen Corona, a duobus Angelis sustentata.

CONSILIO ET INDVSTRIA. Oculus Providentiae, et reliqua uti supra. *Aur. pond.* 3. *Ducat.*

7. Alius similis, *arg. medii moduli.*

8. LEOPOLDVS D. G. RO. IMPERATOR. Protome Imperatoris laureati, cum longo capillitio, modica cum barba, supra, et infra labia, ad humeros, et pectus paludati, loricati. In area incisum est recentiore manu: A. K. 1751.

CONSILIO ET INDVSTRIA. Globus coronatus, in cujus superficie occurrit Templum, et supra quem est oculus radians divinae Providentiae, duoque brachia humana ex nubibus protensa cum ense, ac sceptro. *Arg uncialis. habuit ansulam. Ibidem N.* 4.

b) *Sequuntur Numi occasione bellorum adversus Turcas gestorum signati.*

9. QVO SVPERIORE POTENTIOR. In superiore Numi area sanctissimum nomen JESU disco Solis inscriptum, in inferiore luna decrescens.

SIC VNITIS NON PAVEO. Aquila coronata, alis expansis, pede uno insistens hemisphaerio globi terraquei, cui annus 1664. inscriptus est, altero multas sagittas in fascem colligatas tenens. *Arg. pond.* $1\frac{1}{2}$ *Semunc. Elegans. ibidem N.* 6. Numus Tabulae inverso modo est incisus.

Argumentum hujus Numismatis non sunt induciae cum Turcis initae mense Augusto anni 1664. sed potius adhortatio ad prosequendum bellum. Occasionem praebuerunt Comitia Ratisbonensia,

bonensia, in quibus initio ejusdem anni agebatur de suppetiis ad Hungariam mittendis.

c) *In memoriam Viennae ab obsidione Turcica iterum liberatae, anno* 1683.

10. DEI CONSILIO. INDVSTRIA LEOPOLDI. VIENNAM OBSIDET FRVSTRA MAHVMEDVS. 1683. Caput laureatum *Leopoldi Magni*, supra quod oculus divinae Providentiae, et manus e nubibus porrecta.

DEI. IVSTITIA. PRVDENTIA FERDINANDI. VIENNAM OBSIDET FRVSTRA SOLYMANNVS 1529. Caput coronatum *Ferdinandi I.* supra quod emicat e nubibus manus gladio armata. *Arg. uncialis.*

Alius similis *arg. pond.* ¼ *Semunc.*

11. IMPERII MVRVM AVSTRIACO INTERPONIT IN ORBE. Aquila biceps, utroque capite coronato, in pectore habens L. I. expansis alis, cum ense ac Sceptro, insidet globo terraqueo, hoc lemmate: SVB VMBRA ALARVM TVARVM circumscripto, respicitque capite uno radiantem superius oculum divinae Providentiae, circa quem legitur: COLLIGIT AVXILII RADIOS. altero autem capite intuetur lunam infra globum nubes ingredientem sub hoc hemistychio: VICTAMQ. REDEGIT AD VMBRAS.

Pars aversa continet longam hanc epigraphen: 1683. DIE. 14. IVLII. VIENNA AVSTRIÆ A TVRCIS OBSESSA SED † PROTECTORE ALTISSIMO † LEOP. I. IMP. INDVSTRIA ET CONSILIO

REGIS POLONIÆ IOAN. III. PRÆSENTIÆ VALIDO AVXILIO: IN PERSONA SVCC*urrentibus* ELECT*oribus* BAV. ET SAXON. ET IMPERII SVBSIDIO COM. CAPLIERS DEPVT. PRÆSIDENTE. DVCE LOTHARINGO CÆS. LOC. TEN. GRLI: GENER. COM. STARNBERG. VRB. COMEN. VIENNENSIVM DENIQ VNIVERSITATIS SENATVS OFFICIALIVM. CIVIVM AC INCOLARVM CONCORDI OBSEQVIO AB OBSIDIONE PROFLIGATO HOSTE EODEM ANNO DIE 12. SEPT. LIBERATA. MATTHI. MITTERMAIR A WAFFENBERG. S. C. M. MONETA. OBTVLIT. Peripheriam utriusque partis ornat laurea. *Arg. uncialis. Exempl.* 2.

12. † WIEN DAS ADLER NEST SICH FREVT. DAS DER TVRKEN HEER ZERSTREVT. DANKE GOTT O CHRISTENHEIT. Repraesentatio praelii in conspectu urbis Viennensis, supra quam Aquila coronata volans, dextro pede gladium, laevo parmulam cruce signatam tenet, et Iridis clauditur arcu, in cujus summitate columba, rostro ferens ramusculum olivae, sedet.

Pars aversa exhibet quatuor Principes coronatos, nempe Imp. Leopoldum Magnum, Joannem Regem Poloniae, cum Electoribus Bavariae, et Saxoniae, genuflexos, nomenque Jesu supra expressum invocantes. Humi jacent duo gladii decussati super cauda equina, juxta quam occurrit nomen MAHVMED. In superiore Numi area sunt quatuor scutula coronata, Imperii Germanici, Poloniae, Bavariae, Saxoniae, annusque 1683. Inscriptio est: WANN

DIESE HELDEN SIEGEN, SO MVS DER TÜRK ERLIEGEN. HVNGARN DER FRIED VERGNÜGEN. In exteriore demum Circulo legitur: WIENN BEDENCKE GOTTES GNAD: SO ER DIR ERWISEN HAT.* DANKE IHM ALLEZEIT FRÜH VND SPATH. *Arg. max moduli, pond.* 6¼ *Semunc. Tab.* 33. *Leopol. I. N.* 5.

13. DAS ADLER NEST BESCHIRME FERNER GOTT: VND VNGLÜCK TREFF DIE BÖSE TÜRKEN ROTT. Urbs Vienna, Turcarum strages, et fuga, volante desuper Aquila, quae rostro palmae ramum, unguibus vero tenet Insignia Austriae, et Viennae propria.

In aversa est Caput laureatum cum inscriptione: LEOP. D. G. R. IM. ac sequente germanica: 1683. DEN 14. IVL. IST WIENN VON TÜRKN BELAGERT MIT FEVER VND STVRM 8. WOCHEN BEÆNGSTIGT. VND DEN 12. SEPT: VON K. M. LEOPOLDO I. MIT HILFF DERO ALLIIRTEN ENTSEZT. VND DER FEIND MIT VERLASSVNG STVCK VND BAGAGE DAVON GESCHLAGEN WORDEN. GOTT SEY GEDANCKT. *Arg.* 1¼ *Semunc.*

14. Conspectus urbis Viennensis, Turcarumque fugientium. Supra urbem duo scuta, Austriae unum, et Viennae alterum inter duos palmae ramos.

* WIENN BELAGERTE DER TÜRCK 1683. DEN 14 IVL. WARD ENTSEZT D. 12 SEPT. MIT VERLVST ALL SEINER STVCK. *Arg. didrachm.*

15. In alio simili accedit in exteriore Numi circulo: DIE ES SEHEN, WERDEN SAGEN, DAS HAT GOTT GETHAN. PS. 64. *Arg. pond. drachm.*

16. IN DER HÖHE EHR SEYE GOTT. Aquila biceps coronata pede uno Sceptrum cum ense, altero scuta Austriae, et Viennae gerens, supra quam Oculus divinae Providentiae.

WIENN VON TÜRKEN BELEGERT DEN 14. IVL. MIT HILFF GOTTES ABGETRIBEN DEN 12. SEPT. 1683. Infra est Congeries armorum varii generis. *Arg. pond. drachm.*

17. EN MARS SAXONICVS. Caput galeatum.

HIC FAVSTE PRIMVS IN HOSTES IRRVIT. In medio autem scriptum: 1683. D. $\frac{1c}{2}$ SEPT. VIENNA CONFÖD. MANV A TVRCIS LIBERATA. *Arg. parvi moduli, sed crassiusculus.*

18. DAS IST GOTTES FINGER. Conspectus Viennae, et fugientium Turcarum.

In Aversa: DER TÜRKISCHE HOCHMVTH, WELCHER WIENN VOM 14. IVLI BIS 12. SEPT. 1683. BEDRÆNGET, WIRD SELBIGEN TAGES VON DER HAND DES HERRN VÖLLIG GESTÜRZET. *Arg. pond. didrachm.*

19. Turca abjectis armis fugiens, cui advolans aquila rapit cidarim.

In parte Aversa: WIENN VOM TÜRKEN BELAGERT DEN 14. IVLII &C. — RÜHMLICH ENTSEZT. *Arg. pond. Semunc.*

20. Alius similis in exteriore circulo hanc praeterea habet epigraphen: DES ADLERS FLVG

HAT SICH GENVZT VON DIESEM ZVG. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.*

21. LEOPOLDINA GRAMMATA FELIX CAESARIS AVSPICIVM. Globus terraqueus, in quo depicta Vienna; ab ortu Sol duplicatus: SOLE DVPLO. ab occasu Luna ecclipsim patiens: PLVS DOLEO.

VIENNA AVSTRIÆ D. 14. IVLII. A TVRCIS OBSESSA SED DEI OPE. LEOPOLDI AVGVSTISSIMI CÆSARIS AVSPICIO. IOHAN. III. POL. REG. ALIORVM S. R. I. STATVVM SVBSIDIO. CÆSO 12. SEP. AD CESII RADICES BARBARO LIBERATA CHRISTIANAM EVROPAM QVID FACTO OPVS SIT INSTRVIT. EX INSIGNI HOC FORTITVDINIS ET PERSISTENTIÆ EXEMPLO. I. K. *arg. pond* 1¼ *Semunc.*

22. WIENN GOTT BEWACHT. DER TÜRKEN MACHT LIGT NVN VERACHT. Conspectus Viennae oppugnatae.

DIESE MÜNZ ZEIGET DIE A. 1683. 14/4 IVL. VON MAHVMED. IV. BELAGERTE STADT WIEN WELCHE ABER DVRCH GOTT VND DER KEYS. POLN. VND REICHSVÖLKER TAPFERKEIT DEN 12/2 SEPT. WIEDER DAVON BEFREYET WORDEN. *Argent. pond. 2. drachm.*

23. oppVgnata bona est non eXpVgnata VIenna! naM CaeLo perDens hostIbVs hostIs erat. (*Sic.*) Ichnographia urbis Viennensis, et castrorum.

Conspectus Praelii ad Viennam, supra quam sol oriens, et luna nubem ingrediens, addito lemmate: HOC ORIENTE FVGIT. In imo legi-

tur: DIE 1/2 SEPT. MDCLXXXIII. in exteriore autem Circulo: CASVS IN OCCASV. PETE NVNQVAM TVRCA VIENNAM. *Arg. uncial.*

Alia Viennae liberatae Numismata videantur P. III. Miscellaneorum inter Numos Joh. Georgii Saxoniae Ducis Electoris, et Ernesti Rudigeri Comitis Stahremberg.

d) *Ob recuperatum eodem anno 1683. Strigonium.*

24. SERVIAT QVI SÆVIIT. Pallas galeata super congerie armorum Turcicorum hostem prostratum conculcans, dextraque lauream, sinistra palmae ramum tenens.

STRIGONIVM D. 21. OCTOB. TVRCIS EXTORTVM. 1683. Conspectus arcis Strigoniensis, ac Danubii praeterfluentis. *Arg. Semunc. prox. Tab. 33. N. 7.*

e) *Numisma Confoederationis Anno 1684. inter Imp. Leopoldum M. Joannem II. Regem Poloniae, et Marcum Ant. Justinianum Ducem Venetiarum initae.*

25. LEOPOLDVS I. ROM. I. IOH. III. REX. POLONIÆ. M. A. I. DVX VENETI. Hi tres in ornatu suae quisque dignitatis super tribus foliis unius ejusdemque plantae stantes, manu sinistra gladio armata, dextra vinculum ex catena factum simul tenent. Infra legitur: CONFOEDERATIO ET CONCORDIA. In peripheria vero: DIE EINTRACHTS TREV DIE HELDEN DREY MIT SIEG,

ERFREV. Nomina, ac tituli sunt eorundem capitibus circumposita.

Inscriptio Aversae: DVRCH DIESEN BVND. DER TÜRCKEN HVND. MVSS GEHN ZV GRVND. Typus exhibens Canem Turcicum, a duabus Aquilis, Germaniae nempe, et Poloniae, simulque a Leone alato Venetiarum impetitum, prostratumque. *Arg. pond.* 3¼ *Semunc. Tab.* 30. *N.* 8.

f) *Aliud, ejusdem Confoederationis, accessione Innocentii XI. Pontificis Romani auctae firmataeque, memoriam conservans.*

86. INNOC. XI. PONT. LEOP. I. IMP. IOA. III. REX PO. M. A. IVS. VE. DVX. Horum quatuor Protomae in una serie, capitibus jugatis, sinistorsum conversae, habitu suarum dignitatum proprio.

VNIVIT. PALMAMQVE DEDIT. Crux intra nubes radians, quam biceps aquila, alis expansis, ense sceptroque armata, parmulam Austriacam in pectore gerens, utroque capite coronato, et sursum elevato respicit, ac veneratur. *Numisma aeneum maximi moduli pondere* 12. *Semunciarum, et paullo amplius, eleganter fabrefactum, figuris extantissimis, vultibus ad vivum exsculptis.*

g) *Ob victorias anno 1685. de Turcis relatas, Strigonio liberato, Ersek-Ujvarino, pluribusque aliis Hungariae urbibus et arcibus recuperatis.*

27. A. 1685. $\frac{6}{16}$ AVG. TVRCA STRIGONIO FRVSTRA OPPVGNATO ACIE VINCITVR. $\frac{9}{19}$ AVG. NEOHEVSELIVM VI CAPITVR. Pallas inter duos genios alatos stans d. tenet Victoriolam, simulque Tabulam, Strigoniense cum Turcis praelium exhibentem, s. palmae ramum, et aliam Tabulam, seu Mappam topographicam Oppidi *Ujvarini*, germ. *Neuheusel* ad fluvium Nitram, germ. NEVTRA FLVSS positi.

Aversae inscriptio est chronographica: AQVILA AVGVSTI MENSE AVGVSTO OPPVGNATIONE ET ACIE VICTRIX LVPOS TVRCICOS GLORIOSA VENATRIX VERTEBAT IN LEPORES. Pallas galeata in Equo ad cursum concitato sedens d. telum vibrat, s. clypeum aquila bicipite insignem gerens, duos lupos insequitur cum totidem canibus venaticis. In exteriore circulo: VIVAT ET FLOREAT IOSEPHVS DIVINA GRATIA IN REGEM HVNGARIÆ CORONATVS. *Arg. pond.* 6. *Semunc. Tab.* 34. *Leop. I. N.* 9. Elegans.

28. CAESAR ME RECIPIT STRATO AVT FVGIENTE TYRANNO. Ujvarinum ignitis globis oppugnatum, et succensum. Infra quod minuto charactere scriptum: *Neuheusel expugnatur die* $\frac{9}{19}$ *Aug.* 1685.

ET STABVLO ET CAMPO DEPVLSVS LVSTRA REQVIRIT. Aquila coronata, et gladio laureato, ac fulmine armata Lupum fugientem persequitur. Juxta est arx Strigoniensis, Danubius, et pons in prospectu. *Arg. pond.* 3; *Semunc. ibidem N.* 10. Elegans.

29. NEVHEVSEL IMPERATORI LEOPOLDO ASSERITVR IGNE ET ENSIBVS FORTITER: HOSTIS PERIIT TVRPITER. Conspectus Ujvarini, ex Castris Caesareis tormentorum explosionibus oppugnati. In tabella tormento bellico admota legitur $\frac{9}{19}$ Aug. A. 1685.

Pars aversa est eadem, quae in praecedente. *Arg. ejusdem pond. Ibidem N.* 11.

30. NEVHEVSEL et reliqua, ut supra; idem quoque typus Anticae.

Pars aversa hanc epigraphen habet sine figuris: BARBARICO QVONDAM NOVA CAPTA DOMVNCVLA TVRCÆ, DESIIT AVGVSTI CÆSARIS ESSE DOMVS: MENSE SED AVGVSTO HÆC AVGVSTI MARTE RECEPTA LVNIGERI TVRCÆ DESIIT ESSE DOMVS. MVRIS IAM NOVA SIT! DOMINO SED PRISCA PERENNET! DESINAT ET NVNQVAM CÆSARIS ESSE DOMVS. *Arg. pond.* 2. *Semunc. prox. Ibidem N.* 12.

31. ☉ IN ♍. MDCLXXXV. Tria Scuta heraldica Belli Ducum, in medio Lotharingiae, a dextris Bavariae, et a sinistris Waldeckianum: infra quae legitur: PFEILE DES HEILS WIEDER DIE SYRER. 2. KÖN. XIII. V. 17. In imo: tres

sagittae colligatae. L. G. I. id est: *Lazarus Gottlieb Laufer, Monetarius Norimb.*

NEVHEVSEL DEN $\frac{9}{18}$ AVG. EROBERT. NEVTRA PLVS. Haec inscriptio est in Mappa topographica Arcis Ujvariensis, quam Aquila coronata, praefert una cum ense, ac palmae ramo, capite converso ad solem, in Virgine, Zodiaci signo, consistentem, in vicinia librae. Parte inferiore est adumbratio praelii ad Strigonium commissi, et epigraphe: SCHLACHT BEY GRAN. $\frac{6}{16}$ AVG. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. ibid. N.* 13.

Alius ex aere.

32. Antica eadem quae in praecedente.

☉ IN ♍ AVGVSTALIA CÆSARIS ET IMPERII. MDCLXXXV. Duae laureae, et totidem vexilla in decussim posita. I. G. L. In exteriore circulo: PERCVTIES SYROS DONEC CONSVMAS. 2. REG. XIII. V. 17. *Arg. Semunc. ibid. N.* 14. Elegans.

Alius similis *ex aere deaurato.*

33. L. coronatum in laurea inter duos palmae ramos, et haec epigraphe: NEVHAVSEL A. 1581. ERBAVT. A. 1663. 26. SEPT. DVRCH ACCORD AN DIE TÜRKEN KOMMEN. DANN A. 1685. DEN 19. AVG. DVRCH K. M. LEOPOLDISCHE WAFFEN MIT STVRM WIDER EROBERT WORDN. GOTT SEY DIE EHR.

DEM LEOPOLD DAS GLÜCK IST HOLD. DEN GLÜCKS STERN KLAR NEVHAVSL STELLT DAR. Conspectus Ujvarini, et castrorum, supra

quae Stella, et Aquila cum ense, ac palmae ramo. In exteriore Circulo additur: DER CHRISTEN GEGENWEHR. DEM HÖCHSTEN SEY DIE EHR: SIEG PALMET MEHR VND MEHR. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 15.

34. MANDAT CÆSAR: ET ALTA ARX EXPVGNATVR: OVATE. Arx Ujvarinensis ichnographice delineata.

† FVLMINA AVGVSTA AB AVGVSTO MENSE AVGVSTO. Ruentia, ex nubibus fulmina in duas arces, et exercitum Turcicum. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 16.

35. NEVHEVSEL ERBAVT A. 1581. VOM TVRCKEN EROBERT 1663. VON KAYS. MAY. BELAGERT DEN 27. IVNII / 7. IVLII MIT STÜRMENDER HAND ERO-BERT DEN 19 AVG. 1685.

GAVDIVM IMP. Conspectus arcis Ujvarinensis, et castrorum, ex quibus oppugnatur. *Arg. Semunc. Tab.* 35. *Leop. I. N.* 17.

Alius similis *ex aere*.

36. VYVARINVM D. 26. SEPT. AN. 1663. A TVRCIS CAPTA. SED SVCCENTVRIANTE SEMPER AVGVSTISSIMI LEOPOLDI INDVSTRIOSO CONSILIO DIVINA PROVIDENTIA. PROFLIGATO PRIDIE AD STRIGONIENS. CAMPOS SVPPETIAS ALLATVRO BARBARO, GLORIOSO ASSVLTV D. 19. AVG. ITA RECEPTA VT MOX FRVSTRA RELVCTANS BVDA SEQVARE.

AVSA LVIS, PROPRIOQVE SOLVM DIADEMATE PVLSAS. Arx Ujvariensis ichnographice deli-

neata, in cujus medio legitur: NEVHEVSEL. *Arg. Semunc. Ibid. N.* 18.

37. Caput laureatum Leopoldi magni cum inscriptione LEOPOLDVS I. TVRC. VICTOR. intra lauream, quam duo Angeli tenent. Infra est Conspectus urbis Viennensis cum adjacente agro.

VERMEHRER DES REICHS. 1685. Decem urbium, ac oppidorum receptorum imagines circulis inclusae, additis nominibus: Gran, Sarravas, Zolnok, Unguár, Caschau, Tokay, Eperies, Novigrad, Neuheusel, Verovitiza. *Arg. Semunc. ibidem N.* 19.

Alius similis aeneus deauratus.

38. TE TANDEM DOCEAM SVCCVMBERE. Mulier coronata, palliata, stolata, dextra Aquilam bicipitem, serto circumdatam, et parmula Viennensi ornatam, sinistra vero Crucem hungaricam radiantem tenens, lunam calcat.

AMISSA RECVPERAT VICTOR. Duae manus ex nubibus protensae coronam simul tenent, infra quam est regio urbibus, ac arcibus recuperatis conspicua, adscriptis nominibus: NEVHEVSEL. NOVIGRAD. SZIGETH. ZOLNOK. CASCHAV. EPERIES. VNGWAR. TOKAY. SARVAR. VEROVITIZA. in area Numerus 315. niger. *Arg. Semunc. ibidem N.* 20.

h) *Buda Anno 1686. recepta sequentibus Numis celebratur.*

39. HOS FORNAX ARDET IN VSVS. Oppugnatio arcis Budensis, supra quam ardentem, ac fumantem in aere pendet corona.

OFEN DIE KÖNIGLICHE HAUPTSTADT IN HVNGARN A. 1526. NACH K. LVDW. DES II. TOD VON SOLYMAN EINGENOMMEN A. 1529. DEM WEYWODEN IOHANN ÜBERLASSEN, VND A. 1541. VON SOLYMAN MIT BETRVG BEHAVPT. FOLGENDS VON R. K. M. LEOPOLD D. $\frac{23.\ AVG.}{2.\ SEPT.}$ A. 1686. DEN TÜRKEN MIT STÜRMENDER HAND ENTRISSEN. I. G. L. *Aureus decuplus. ibidem N.* 21.

Alius similis ex argento. In exteriore Circulo epigraphe haec: IN OFEN FEVR GESCHMIDTE KRONEN DES LEOPOLDI SIEG BELOHNEN.

40. OFEN A. 1526. VON SOLYMAN EROBERT. V. A. 1541. MIT LIST BESEZT: HERNACH VON R. K. M. LEOPOLD D. $\frac{15.\ AVG.}{2.\ SEPT.}$ A. 1686. IN ANGESICHT DES GROSS-VEZIERS DVRCH STVRM ERZWVNGEN. I. G. L.

DER CHRISTEN RVHM. Arx Budensis, supra quam Victoria volans d. crucem, s. palmae ramum tenet. Infra arcem conflictus. *Arg. pond. 3. drachm. ibidem N.* 22.

41. Alius similis, sed aereus, cum modico tamen discrimine in Aversa. *ibidem N.* 26.

42. VON SOLYMAN MIT LIST ERRONNEN 1541. 2. SEPT. DVRCH LEOPOLD MIT STVRM GEWONNEN 1686. $\frac{\text{2. SEPT.}}{\text{23. AVG.}}$

THRAX SVDA. SIT FORNAX BVDA. Duo propugnacula interfluente Danubio. *Aeneus ibidem N. 23.*

43. BVDA (*Sic.*) SVB IVGO BARBARO PRESSÆ DEO FORTVNANTE LIBERTAS RESTITVITVR A LEOPOLDO 1686. E. F. Supra Epigraphen oculus divinae Providentiae. Omnia intra lauream.

MOX CÆTERA MEMBRA SEQVENTVR. Aquila coronata volans, et in Budam subjectam fulminans, in conspectu castrorum. *Arg. Semunc. Ibidem N. 24.*

44. EIICITVR NIDO, NIDVM QVI CEPIT INIQVE. NON PARIT OVA DRACO SED RAPIT: ERGO CADAT. Aquila insidiantem ovis draconem de rupe praecipitat; juxta est lemma: EXESTO RAPTOR INIQVVS.

BVDA FRAVD. CAPT. A SOLYMANNO 1541. VI RECVPERATVR A LEOPOLDO D. 2. SEPT. 1686. Explosiones tormentorum bellicorum ex castris Caesareis in arcem Budensem. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. ibidem N. 25.*

45. LEOPOLDO VICTORE RESVRGES. Leopoldus calcans lunam, et ab advolante Victoria coronam accipiens, dextra manu sceptrum extendit versus Mulierem genuflexam, retro quam stat alia mulier d. tenens crucem patriarchalem, s. calicem cum hostia: humi

Scheda cum inscriptione: LVDOVICVS. REX VNGAR. In imo Numi segmento: RESTITVTORI VNGARIÆ OB BVDAM RECEPTAM. MDCLXXXVI.

HOS FORNAX ARDET IN VSVS. Conspectus Budae oppugnatae, ac succensae, supra quam Corona in aere. In exteriore circulo legitur: WAS LVDWIGS VNFALL LÆNGST VERNICHT. DVRCH LEOPOLD WIRD AVFGERICHT. *Arg. uncial. ibidem N.* 26.

Alius similis, sed exterior circulus glaber. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Item *aereus.*

46. INFELIX BVDAM LVDOVICVS PERDIDIT OLIM. HÆC ARMIS CEDIT NVNC LEOPOLDE TVIS. A. 1686. D. 2. SEP. Conspectus Budae, supra quam in laurea, duobus palmae ramis imposita, effigies Imp. Leopoldi laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

STAT SOL. LVNA FVGIT. DVM IOSVA PVGNAT. ET ORAT. SIC EGO PELLO DVOS. SIC LEOPOLDVS ERO. Stans Josue galeatus inter duos exercitus praeliantes dextra manu cum scipione versus Solem extenta, sinistra clypeum gerit; in latere est luna. In exteriore circulo legitur: LVNA CADIT. NIL ÆRA IVVANT. NIL TYMPANA FESSA. SOL CAVE. DVM MINVI SIDERA IVNCTA VIDES. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Tab.* 36. *Leop. I. N.* 27.

47. Alius similis ex aere magno.

48. HEROVM TVMVLVS CLARO ET BVDA VDA CRVORE, CAESAREO TANDEM FVLMINE STRATA IA-

CET. Conspectus Budae, ex castris Caesareis oppugnatae.

MALO NODO MALVS CVNEVS. ET EIICIEBATVR SERPENS ANTIQVVS. Aquila Draconem impetens fulmine. *Arg. pond.* 6¼ *Semunc. Ibidem N.* 29. Elegans.

49. HEROVM TVMVLVS &c. ut in Antica praecedentis.

SPINIS ATQVE MINIS LETHI HORRIDA LAESIT, ARMANT PVRPVREVM SAEVA PERICLA DECVS. PER TOT DISCRIMINA RERVM. Rosa inter spinas in dumeto, serpentibus, et gliribus repleto, ad quam decerpendam subintrant ex nubibus tria nuda brachia humana. *Arg. pond.* 6. *Semunc. prox. Ibidem N.* 30.

50. IBIT FAVORE DIVINO LEOPOLDI INDVSTRIA BAVARI VI. ET LOTHARINGI. Imperator laureatus in Quadrigis triumphalibus cum sceptro, et pomo Imperii, inter vexilla, et arma Turcica, eidem currui imposita, subsequentibus captivis, et praecedente Genio cum Scuto Lotharingiae duobus leonibus Bavaricis stipato. Humi luna fracta. In area superiore Oculus divinae Providentiae.

AVSTRIACIS BVDA VRBS AQVILIS SVBSTERNITVR ARMIS. Conspectus Budae, et Castrorum, supervolitante Aquila cum fulmine, et ense. In imo Numi segmento: IA. VIECHTER D. G. MO. C. CAMER. G. id est: *Jacobus Viechter de Grueb Montanarum Civitatum Cammergraffius.*

mergraffius. Arg. deauratus pond. 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 31.

51. Protome Maximiliani Ducis Bavariae imposita Capitulo columnae inter duos palmae ramos, radiis de caelo promicantibus.

MAXIMIL. EMAN. S. R. I. EL. ARCHIDAPIFER. POLIORCETES VICTORIOSVS CVM FORTIVM GERMANOR. EXERCITV BVDAM HVNGARIÆ REGIAM EXPVGNATA FELICITER ARCE SOCERO IMP. D. II. SEP. MDCLXXXVI. RESTITVIT. DAPIFERVM POTENTEM QVI DAPES TAM ALTE TVRRITÆ MENSÆ INFERT IMPERATORIÆ. Supra est stella, infra duo palmae rami. *Arg. pond.* 3. *drachm. Ibidem N.* 32.

52. BVDA DISSIDIIS CHRISTIANORVM IACTATA A. C. MDXXIX. INSIDIIS SOLYMANNI CAPTATA A. C. MDXLI. VNITIS CHRISTIANORVM VIRIBVS RECVPERATA A. C. MDCLXXXVI. D. 2. SEPT. G. I. L.

LITES VICTORIA TOLLIT. Tres Legati, Austriacus, Turcicus, et Polonicus in ponte arcuato prope urbem quamdam sito consistentes, pro Corona Hungariae litigant, quam simul tenent, advolante desuper aquila. In area occurrit Numerus 334. nigri coloris. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibid. N.* 33.

53. OFEN VOM TÜRKEN MIT LIST EINBEKOMMEN A. 1541. VON R. K. M. LEOPOLDO MIT STVRM WIEDER EROBERT A. 1686. 2. SEP. Conspectus arcis Budensis, ac vicini montis S. Gerardi.

LEOPOLD DER ERDEN SONN STÜRZT DEN MONDEN KAYSER VOM THRON. Fulminibus ex ra-

diante litera L. cadentibus prosternitur Turcicus Imperator simul cum throno suo. In Circulo exteriore legitur: DEM KAYSER IST GELVNGEN. DER OFEN IST ZERSPRVNGEN. GOTT EHRE SEY GESVNGEN. *Aureus sextuplus*, *item arg. pond.* 4. *drachm. Ibidem N.* 34.

54. Urbs Vienna, supra quam Caput Imp. Leopoldi M. in laurea a duobus Angelis sustentata, cum inscriptione: LEOPOLDVS I. TVRC. VICTOR..

VERMEHRER DES REICHS 1686. Decem urbes, ac arces receptae in totidem circulis depictae additis nominibus: Haupt-Stadt Ofen. Pest. Hatvan. Szegedin. Fünfkirchen. Simontornya. Kaposvár. Colocza. Siklos. Essekêr Brucken. In exteriore circulo legitur: GLEICH WIE DIE KRON NICHT OHNE STEIN. SO IST DIE HAVPTSTADT NICHT ALLEIN. *Arg. pond* 1¼ *Semunc. Ibid. N.* 35.

i) *Numismata Anni* 1687. *ob renovatum adversus Turcas foedus, accedentibus Russis, et ob subsecutas eodem anno Victorias.*

55. LEOPOLDI MAGNI ROM. IMPERATORIS. IOHAN. III. POLON. REGIS. ET REIPVBLICÆ VENETÆ CONCORDIBVS ARMIS ADVERSVS TVRCAS EXERCITVS MOSCOVITARVM STABILI FOEDERE IVNGITVR. MDCLXXXVII. I. G. L.

CONCORD. XPIANORVM. Duae dexterae junctae simul tenent labarum monogrammate

Christi insignitum, una cum duobus palmae ramis; infra quas Mulier sedens d. sagittas colligatas, s. cornucopiae gerit, captivo genuflexo respiciente. Ad latera duae porticus ornatae Scutis Aularum confoederatarum. In pavimento tessellato jacent arma Turcica. Haec omnia in littore maris. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Tab.* 37. *Leop. I. N.* 36.

56. Antica ex Numis mnemonicis Ludovici II. restituta sic habet: LVDO: HVNG: BOEM: ZC: REX ANV: AGENS. XX. IN. TVRCAS APVD MOHAZ. CVM PARVA SVORVM. MANV PVGNAS. HONESTE OBIIT. MD*XVI. P. H. M. Repraesentatio praelii, et cladis ad Mohacsium acceptae.

LEOPOLDVS. R. I. H. ET B. REX SVA AVXILIORVMQ. IMPERI VIRTVTE EXERCIT. TVRC. AD MOHAŻ VINCIT. XII. AVG. MDCLXXXVII. P. H. M. Repraesentatio praelii, ac Victoriae ad Mohacsium obtentae. *Arg. unc. maj. Ibidem N.* 37.

Literae P. H. M. notant *Philippum Henricum Müller*, Augustanum Monetarium.

57. FIRMITATEM SERENAT IMPETVS. Protome laureata Imp. Leopoldi M. super columna, quam Taurus cornibus impetit: Sub quo haec epigraphe: LVNATVM REPRIMIT VIRTVS SIC BOIA FVROREM.

CONSOCIAMINI ET VINCIMINI QVIA HIC EST EMANVEL. ES. 7. C. Adumbratio praelii ad Mohacsium Duce Maximiliano Emmanuele Bavaro prospere gesti; addita epigraphe: MO-

HAZIANVM BAVARICÆ STRENVITATIS ÆRE AVROQVE PERENNIORIS MONVMENTVM. 1687. In exteriore circulo: ANNO QVO SERENISS. EMMANVEL MANIBVS LVDOVICI INFERNECIONE PARENTABAT. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. Ibidem N.* 38.

58. WO LVDOVICI NIDERLAG. 29. AVG. 1526. KOMMT LEOPOLDI SIEG AM TAG. 12. AVG. 1687. Imperator Leopoldus triga Leonum per cadavera hostium vectus, dextraque pomum Imperii tenens ab advolante retro victoria coronatur, oblatis sibi palmae, et lauri ramis per manum de caelo protensam.

ES ZEIGT MOHACZ DEN KRIEGES PLATZ VND SIEGES SCHATZ. Crux radians cum inscriptione: IN HOC SIGNO. inter duas effigies laureis inclusas, quarum una Maximilianum Bavarum, altera Carolum Lotharingum belli Duces refert, designatos hisce siglis: M. EM. CH. V. B. et C. H. V. LOTH. Infra est repraesentatio praelii Mohacsiensis. In exteriore circulo legitur: OB FELICITER RESTITVTAS AD MOHAZ OLIM DESTITVTAS RES HVNGARIAE. S. P. Q. A. F. C. *Arg. pond.* 4. *Semunc. prox. Ibidem N.* 39.

Alius similis *uncialis*, in quo tamen Circulus exterior habet aliam hanc inscriptionem: GOTTES HVTH, SO OB VNS WACHT, HAT GESTÜRZT DER TÜRKEN MACHT.

59. LEOPOLDVS MAGNVS ROM. IMP. P.P. Protome Imperatoris laureati, ad pectus cum aureo vellere. Infra axillam: G. H.

CLADES TVRCARVM AD SICLOS D. $\frac{12}{VIII}$ AVG. MDCLXXXVII. Conspectus praelii infra arcem Siklosiensem. In exteriore Circulo legitur: † EIN GROSSER HERR, EINE GROSSE THAT: DERGLEICHEN NIEMAND SONST GEHÖRET HAT. *Arg. Semunc. maj. Ibidem N.* 40.

60. Keiser Leopold der Sigende. Protome Imperatoris laureati, paludati, pectore tenus.

Durch Gottes Gnad mit Macht und Taht der Christen Feind bestritten hat. 1687. $\frac{12}{VIII}$ Aug. Turca abjectis fractisque armis maestus humi sedens. In area superiore Oculus divinae Providentiae, infra quem laurea cum Sceptro et ense decussatis. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 41.

61. TVRCAR. VICTORIS. GLORIÆ ELECTORIS BAV. 1687. FORTITVDINI FVROR SVCCVMBIT. Maximilianus Elector galeatus Equo insidens prostratum humi Turcam equitem transilit.

VIRTVTI HEROIS. in laurea, quam tenet manus erecta super basi, ad cujus latera sedent duo captivi catenati. *Arg. Semunc. maj. Tab.* 38. *Leop. I. N.* 42.

62. KÖNIG LVDWIG DES II. NIEDERLAG. BEY MOHATZ. A. 1526. D. 29. AVG. DVRCH GOTTES GNAD VON R. K. M. LEOPOLD A. 1687. D. 12. AVG. GEROCHEN. L. G. L.

Repraesentatio praelii. *Arg. Semunc. Ibid. N.* 41.

63. Pars antica, uti N. 59. describitur.

In Aversa: VERMEHRER DES REICHS 1687. In area superiore conspectus praelii ad Siklosinum habiti cum inscriptione: SCHLACHT BEY SICLOS. Tum sex circuli velut in triangulum collocati, in quibus continentur receptae urbes, ac arces additis nominibus. ESSEK. POSEGA. WALPO. PETERWARDEIN. PALOTA. BELA. *Arg. Semunc. maj. Ibid. N.* 42.

64. DIE FRÜCHTEN VOM KRIEGEN. Stipes in modum Crucis geminatae erectus inter vineam a dextris, et agrum a sinistris, ornatus quatuor laureis, per genium serto pampineo redimitum appensis, in quibus leguntur nomina locorum anno 1687. receptorum, videlicet: PETERWARDEIN. SCHLOS SIKLOS. VALPO. ESSEK. Adsidente alio genio spicis redimito et altera manu spicas tenente, altera lauream BVCIN inscriptam.

DIE HOFFNVNG ZVM SIEGEN. DAS HÖCHSTE VERGNÜGEN. 1687. Vir aulicus, amictu hungarico, in culcitra gestans coronam cum sceptro, praecedente Genio rosis coronato, sertumque rosaceum resolutum utraque manu tenente, in symbolum laetitiae publicae. *Arg. pond.* $5\frac{1}{4}$ *Semunc. elegans. Ibidem N.* 43.

k) *Ob victorias Anno* 1688. *relatas receptis urbibus, Alba Regali, et Belgrado.*

65. EXItIVM tVrCIs annotat aLba reDVX. Conspectus civitatis Albae regalis, supra quam hinc Sol oriens, inde luna occumbens cum

lemmate: LVNA SVB VMBRAS. In imo legitur: ALBA REGALIS RECVPERATA $\frac{2}{19}$ MAII 1688.

EX VOTO HVNGARIAM SVBIGIS LEOPOLDE LEVASQVE. Imp. Leopoldus sceptrum gerens cum filio suo Josepho aeque sceptrigero, curru a duabus aquilis tracto per Turcas humi prostratos vectus ab advolante Victoria septem stellis coronata, ac manu dextra circulum serpentinum, aeternitatis symbolum gerente, lauream accipit. *Arg. pond.* 2$\frac{5}{8}$ *Semunc. Ibid. N.* 44.

66. GRIECHISCH WEISSENBVRG. Arx et civitas Belgradensis cum parte Danubii Savum recipientis in prospectu. Infra: IST IN TÜRKISCHE GEWALT GERATHEN A. CHRI. 1521. VON DEN CHRISTEN MIT STÜRMENDER HAND EROBERT. 1688. D. 6. SEPT.

IMBELLES TVRCOS CRVX ATQVE ECCLESIA VINCVNT. Mulier stolata gerens in pectore solem, dextra manu crucem duplicatam, cum hoc lemmate: IN HOC SIGNO. ostentat Sultano attonito, prostratoque. In extimo Numismatis circulo legitur: BELGRADI EXVPERAT MVROS BAVARICA VIRTVS. F. K. *Arg. pond.* 2$\frac{5}{8}$ *Semunc. Ibidem N.* 45.

67. Antica eadem, quae in praecedente Numo.

In aversa: Canis aesopicus in ponte, cum deciduo ad aquas osse, cujus umbram captabat. Epigraphe germanica: DER NACH SCHATTEN SCHNAPT. ENTFELT SEIN EIGNER BISSEN.

DER WIEN IHM EINGEBILDT. MVS NVN GANZ VNGARN MISSEN. *Arg. unc. Ibidem N.* 46.

68. SECVRITAS HVNGARIÆ. Mulier turrita, in litore Danubii sedens, ac dextrae manus, qua caput suum fulcit, cubito innixa capiti aquilae in sella exsculptae, manu sinistra globum gerit, juxta positis ad eandem sedem duobus scutis, Insignia Imperii Romani, et Regni Hungariae exhibentibus. In superiore area Oculus radians divinae Providentiae intra nubes capitibus Angelorum ornatas. In imo Numi segmento: MAGNA VI MVNIET ALBAM, SIC VOLVIT DEVS. Civitas, et Arx Belgradensis cum Danubio, vicinisque insulis, et collibus in prospectu. Infra: ALBA GRÆCA RECVP. MDCLXXXVIII. DIE 6. SEP. In exteriore Numi circulo: AMORE. TIMORE. CONSILIO. INDVSTRIA. *Arg. unc. Tab.* 39. *Leop. I. N.* 49.

69. ELECTOR BAVARVS LEOPOLDI DEXTERA PORTAS PANDIT ET INTREPIDVS TVRCICA CASTRA PETIT. 1688. Conspectus Belgradi, et Castrorum. Supra in Scheda volante: BELGRAD.

Aversa exhibet Mappam Regionum Belgrado vicinarum, adscriptis nominibus: SERVIA. WALACHIA. GRÆCIA. In area superiore Manus de caelo protensa tenet in ligula clavim triplicatam cum lemmate: VBIQVE RECLVDIT. In exteriore circulo legitur: NVNC ADITVS LVSTRAT. NVNC CLAVSAM CVSPIDE PORTAM INFESTAT CÆSAR FRVITVRQVE TIMORE PAVENTVM. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. cum ansula.*

70. MAX. EMAN. D. G. V. BA. ET P. S. D. C. P. R. S. R. I. AR. & EL. Protome Maximiliani Emmanuelis utriusque Bavariae Ducis, pectore tenus.

ALBA GRÆCA RECEPTA MDCLXXXVIII. DIE 6. SEP. Mappa exhibens partem Hungariae, Sclavoniae, Serviae, et Banatum Temesiensem, simulque promota Exercitus Caesarei, et Bavarici castra ab Essekino Belgradum. In area superiore Sol radians. Inscriptiones marginales: INVIA VIRTVTI NVLLA EST VIA. MONSTRAT ITER. QVOD PETIT OBTINET. Tum infra haec literis majusculis: PLVS VLTRA. *Arg. pond.* 2$\frac{1}{2}$ *Semunc. Tab.* 39. *Leop. I. N.* 52.

71. Pars antica, uti N. 68. SECVRITAS HVNG. &c. Aversa, ut in praecedente. ALBA GRÆCA &c. ut supra. *Arg. unc. elegans.*

72. AVGVSTO REDEVNT GENERI VIRTVTE TRIVMPHI. IRRIGVÆ CRESCVNT LACRYMIS ET SANGVINE TVRCI. 1688. Duae Palmae serto laureato junctae, et in medio spinarum pileus Turcicus clavis pertusus. Supra palmas a dextris Corona Imperialis in laurea cum inscriptione: CONSILIO ET INDVSTRIA. A sinistris pileus Electoralis aeque in laurea cum inscript: MARS CAESARIS MORS TVRCÆ.

Pars aversa exhibet duas constellationes, Aquilae scilicet, ac Leonis, lunamque in nubibus sese abscondentem, et sequens distychon: INSVLTVS AQVILÆ FORTES VAGA LVNA PAVESCIT. REX ALITVM ATQVE LEO SIDERA

FIXA MANENT. In exteriore Circulo legitur: CONSILIA IVSTORVM PRINCIPVM LAVRI CORONANT. * MALA TYRANNORVM CONSVLTA VEPRES. *Arg. pond.* 3½ *Semunc. Ibidem N.* 54.

l) *Ob caesos anno* 1689. *ad Widinum, et Nissam Turcas.*

73. LEOPOLDVS M. P. F. A. PP. TRIVMPHATOR GENT. BARB. Imperator in quadrigis triumphalibus dextra tenet Victoriolam, a qua coronatur, sinistra habenas equorum. Humi sparsa jacent vexilla, clypei, et alia arma Turcica. In area occurrit Numerus 360. nigri coloris. In imo: G. H.

TVRCÆ ANNO VNO TER DEVICTI. 1689. Adumbratio praelii ad WIDIN et NISSAM prospere gesti, Duce Ludovico Wilhelmo Marchione Badensi, cujus nomen et effigies palmae ramis circumdata in superiore area exhibetur. In exteriore circulo legitur: ERVBESCET LVNA ET CONFVNDETVR SOL. ES. XXIV. V. 23. *Arg. uncial. Ibidem N.* 50. *Elegans.*

m) *Ob receptam anno* 1690. *Canisam.*

74. FAMES DOCVIT PARERE CANISSAM. Regi juniori Josepho, Leopoldi Magni filio, Canis emaciata fert ore clavim arcis Canisae, juxta depictae.

HOC GENVS NON EXPELLITVR NISI IN IEIVNIO. Conspectus arcis Canisae, et inde exeuntium suis cum sarcinis Turcarum. In exteriore

circulo legitur: CANISA IOSEPHO I. VNGARIÆ REGI SINE VI ET SANQVINE SOLA FAME EXPVGNATA REDIIT. *Numisma ex aere. Ibidem N. 53.*

75. NOVOS GAVDENS SPONDERE TRIVMPHOS. Imp. Leopoldus laureatus, paludatus stans d. tenet labarum monogrammate Christi insignitum, s. Victoriolam globo insistentem cum serto, et palmae ramo, cui Turca genuflexus offert claves arcis Canisiensis. Infra legitur: VICTAS DEDIT MANVS D. 23. APRIL. P. H. M.

In Aversa Conspectus urbis volante desuper Fama cum tuba, et scheda, CANISIA inscripta. Infra est haec epigraphe: POST XC. ANNOS IVGVM TVRCICVM EXCVTIENS CANISIA SVB IPSVM VERIS INITIVM VBEREM VICTORIARVM SEGETEM POLLICETVR LEOPOLDO & IOSEPHO MDCXC. *Arg. uncial. Ibidem N. 55.*

n) *Ob victoriam anno 1691. ad Szalankemen de Turcis partam Duce Ludovico Wilhelmo Badensi Marchione.*

76. QVOD INSTAT EXPEDIET VICTOR. Imperator habitu heroum antiquorum solo pallio divinitatis indutus, cetera seminudus, adstans arae ignitae, laeva manu tenet gubernaculum, quo globum, et aquilam in eo alis expansis stantem regit, dextra vero lauream imponit belli Duci galeato ad se accedenti, sibique palmae ramum offerenti. Infra est haec epigraphe: VICTORIA LEOPOLDO ET IOSEPHO TRIVMPH. P.

F. AA. VIRTVTE LVD. WILH. M. BADENS. DE TVRC. PARTA. P. H. M.

CAESIS TVRCAR. XXV. MILLIB. CASTRIS CVM TORMENT. BELL. CLVIII. DIREPTIS. AD SALANKEMEN. D. XIX. AVGVSTI AVGVSTIS NOSTRIS VERE AVGVSTI. Tropaeum e spoliis Turcicis erectum, et a genio alato sustentatum, cui adstans Victoria scribit in clypeo adpenso has voces: SPES ET VIRES HOSTIVM FRACTÆ. 1691. Infra Tropaeum humi sedens, ac Victoriam scribentem respiciens captivus Turca inter arma projecta, et procumbentes duos Camelos. In exteriore circulo accedit altera haec epigraphe: AVSTRIÆ EXCELLENS IN ORIENTE VICTORIA. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 51.

77. LVD. WILH. M. BADEN & HOCHB. EX. CÆS. GEN. LOCVMT. Protome Ludovici Badensis loricata, pectore tenus.

DEO FORTVNANTE ARMIS INVICTISS. LEOPOLDI. M. DVCE LVD. WILH. M. BAD. ET HOCHB. AD SALANKEMEN PROPE PETERWARAD. D. 19. AVG. A. 1691. TVRC. 25000 DELET. CASTRA EXPVGN. TORM. 158. CAPTA, TAVRI, 10000. TENT. TOTIDEM, CAVD. EQ. 4. SIGNA PRÆT. 14. EQVI 8000. CAMEL. ET MVL. 2000. DESIDERATIS MAGN. VEZIR. AGA. IANIZ. AC SERASK. VIVAT AVSTRIA. In exteriore circulo: ADIVTORIVM NOSTRVM IN NOMINE DOMINI. *Arg. deauratus uncial. Tab.* 40. *Leop. I. N.* 56.

78. Alius huic similis, *ex aere.*

o) *Ob Waradinum anno 1692. recuperatum.*

79. DACIA FELIX. Mulier velata stans, cubito innixa rupi, dextra tenet palmae ramum, sinistra demissa cornucopiae, inter duos genios nudos, quorum alter infra rupem sedens, corbem in capite gerit fructibus onustum, alter cum falcula, et aristis stans fruges metit.

Conspectus urbis, cujus nomen GROSS WARDEIN in Scheda scriptum. Infra legitur: AVSPICIIS LEOPOLDI M. DEDIT. CAPT. D. 5. IVN. 1692. Inscriptio autem circuli exterioris est: AVSTRIACIS MAGNAS FERT TRANSSILVANIA GRATES. *Arg. Semunc. Ibidem N. 57.* Elegans.

80. LEOPOLDVS M. ROM. IMP. * IOSEPHVS R. ET H. R. AVGVSTI TVRCARVM VICTORES PERPETVI. Protomae amborum capitibus jugatis, laureatis, pectore tenus.

SIC ASSVETA TVIS SEMPER VICTORIA CASTRIS. Infra: VARADINVM RECEPTVM DIE V. IVNII. MDCXCII. Imperatori Leopoldo laureato, sedenti in throno sub Conopeo, Mulier turrita genuflexa duas claves offert, advolante desuper Victoria cum serto, et palmae ramo. Juxta sunt castra, et urbs Varadinum in prospectu. P. H. M. *Arg. pond. 3¼ Semunc. Ibidem N. 59.*

p) *Ob liberatum anno 1694. ab obsidione Turcica Petrovaradinum.*

81. PER VIAM QVA VENIT REVERTATVR. Infra: IN MEMORIAM PETRO-VARADINI A TVRCIS LI-

BER. DIE. I. OCTOB. MDCVIC. Victoria stans, qua parte hostis fugam ceperit, bacillo, quem dextra manu extenta gerit, commonstrat, sinistra elevata versus caelum, unde imber densissimus cadit. Infra: hinc arx in prospectu, inde duo Cameli; et in fluvio navicula.

OBSID. PET. VARADINEN. Adumbratio Obsidionis Petrivaradinensis, topographice facta. *Arg. Semunc. maj. Ibidem N.* 58.

82. VIRTVTI ET CONCORDIÆ CHRISTIANORVM. Septem Genii galeati stantes cum totidem vexillis Principum contra communem hostem consociatorum, exhibentibus eorundem Insignia, retro quae eminet labarum monogrammate Christi conspicuum.

PETROVARADINO LIBERATO, HVYO RECEPTO, RHENO TRAIECTO. Infra: CONTRA TVRCAS EORVMQVE FOEDERATOS TRIPLEX CHRISTIANORVM VICTORIA. 1694. Victoria pede uno insistens globo inter fluvios tres Danubium, Rhenum, et Mosam, solito more effictos, dextra tenet tria serta, sinistra palmae ramum. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 60.

q) *Numus Friderici Augusti Saxoniae Ducis, de prima ejusdem expeditione Hungarica contra Turcas anno* 1695. *suscepta.*

83. FRID. AUGVSTVS D. G. D. S. I. C. M. A. ET W. EL. Ejusdem Protome loricata sinistrorsum spectans. Infra axillam C. W.

SEQVVNTVR FVLMINA FVLGVR. Fulmina de caelo cadentia in Draconem. *Arg. deaurat. didrachm. Ibidem N.* 63. In circulo exteriore legitur: PRIMA EXPEDITIO HVNGARICA. ANNO MDCVC.

r) *Ob victorias Anno* 1697. *Duce Eugenio Sabaudo ad Tibiscum et Zentam relatas.*

84. STRAGES TVRCARVM AD PATHISSVM MDCXCVII. ADVERSO CEDENS CANIS OCCIDIT AVSTRO. Conspectus praelii ad Tibiscum, supervolitantibus tribus aquilis. Pons, fuga Turcarum, Zenta &c.

RVBENS CAPVT ABDIDIT VNDIS. Fluvius Tibiscus erigens Tropaeum ex armis Turcicis. Luna occumbens, et natantia Turcarum cadavera. In exteriore circulo: FIANT SICVT ISTE INIMICI REGIS ET OMNES QVI CONSVRGVNT ADVERSVS EVM IN MALVM. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 61.

85. TIBISCVS. Hujus fluvii sedentis effigies, qui dextra tenet arundinem, et ex urna fundit aquam, in qua gubernaculum, et pisces, sinistra vero manu gerit stantem in globo Victoriolam cum serto, et palmae ramo, simulque innititur Tabulae, exhibenti hanc epigraphen: AVSPICIIS LEOPOLDI MAGNI. VIRTVTE EVGENII. SABAVDIAE D. EXERCIT. TVRCIC. CLA-D^{m}E XX HOST. FACTA. PRIMARIIS DVCIB. DELETIS. CASTRIS VNIVERS. TORMENT. XCVIIII.

OMNIQ. APPARATV BELLICO INTERCEPTIS. CÆSVS PROFLIGAT. D. $\frac{1}{11}$ SEPT. A. MDCXCVII.

In Aversa: Conspectus praelii ad Tibiscum prope Zentam, ubi et hic locus adscripto nomine, et castra, ponsque, et fuga Turcarum repraesentantur. Epigraphe est: INTERFECIT EXERCITVM EORVM ET SVBVERTIT ROTAS CVRRVVM FEREBANTVRQ IN PROFVNDVM. EXOD. 14. In exteriore demum circulo legitur: EN NOVVS EX VOTO FELIX LEOPOLDE TRIVMPHVS. *Arg. uncial. Ibidem N. 62. Elegans.*

86. Alius similis, sed circulus exterior est glaber. *Arg. pond.* 2$\frac{1}{2}$ *Semunc.*

87. Alius similis ex aere.

88. HAVD VLLI VETERVM VIRTVTE SECVNDVS. Protome Principis Eugenii loricati: Infra: MEM. ÆTER: EVG. PRIN: SABAVD. SVM. EXERC. CÆS. DVCTORIS.

In aversa: SEMPER HONORATVS NOSTRIS CELEBRABITVR VNDIS. Sex Najades cum spoliis Turcicis tripudiantes circa Scutum Sabaudicum, quod bini Fluvii, forma Senum efficti, supra sua capita elevatum tenent. In imo: GLORIA CHRISTIANORVM. 1697. In exteriore Circulo: TRES POTVIT COMPLERE DVCES. FREGITQ. FVRENTEM CVNCTANDO. VICITQ. MANV. VICTVMQ. RELEGAT. *Arg. uncial. Tab. 41. Leop. I. N. 62.*

89. LEOPOLD. ET IOSEPH. AA. HIS EGO NEC METAS RERVM NEC TEMPORA PONO. Duo Capita laureata, sese respicientia, ad pectus cum paludamento;

ludamento; supra quae nomen Jehova in triangulo radiato.

PERPETVOS MERVIT DOMVS ISTA TRIVMPHOS. Infra: AETERNIT. AVG. 1697. Palatium peristylio exornatum, in cujus medio est Tropaeum ex vexillis, et armis Turcicis cum adpenso clypeo, in quo legitur: VICTO. AD SENTAS. scribente has voces ipsa Dea Victoria juxta stante cum palmae ramo. Vtrinque alii duo clypei: Dexteriori inscriptum est: VICT. AD NISSA. Sinisteriori; VICT. AD SALANKEMEN. In extimo Circulo exsculptum: IVRAVI DAVID SERVO MEO: VSQVE IN ÆTERNVM PRÆPARABO SEMEN TVVM. Ps. 88. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 63. Elegans.

90. SIGILL. SVLT. MVST. PRIM. VEZIRII COLO APPENS. CAPTVM IN PRÆL. VICT. AD SZENTAM D. $\frac{1}{11}$ SEPT. 1697.

Aversa exhibet formam, et characterem Turcicum capti Sigilli. In exteriore circulo legitur: SVLTAN MVSTAPHA FILIVS MEHEMET SIC SEMPER GLORIOSVS A. 1106. *Arg. figurae ovalis, pond. didrachm. Ibidem N.* 64.

91. TRISTEM EX OCVLIS IMBREM VVLTVQVE CADENTEM, LEGIT ET AD SVMMI PERTVLIT ORA PATRIS. Infra: PATRONA HVNGARIÆ. Effigies Deiparae lachrymantis, et Jesuli has lachrymas patera excipientis, intra nubes.

HINC SECVLA DISCANT INDOMITVM NIL ESSE PIO, TVTVMVE NOCENTI. Infra: PIETAS OPTIMI PRINCIPIS. Templum, in quo Imp. Leopol-

dus, positis humi Insigniis Imperii, genuflexus, manibus expansis, ante aram supremo Numini agit grates pro Victoria ad Sentam relata. Juxta est Angelus cum palmae ramo lauream eidem imponens. Supra aram vexillis Turcicis conspicuam legitur. DELETO HOSTE PERNICIOSISSIMO AD SENTAM. 1697. Accedit in exteriore circulo sequens textus: *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo: tunc convertentur inimici mei retrorsum.* Ps. 45. v. 9. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 65.

92. PACE TERRA MARIQVE PARTA IANVS CLVSVS. Infra: MDCXCVII. Templum Jani clausum. FELIX TEMPORVM REPARATIO. Duae mulieres inter duas arulas ignitas dexteris junctis, quarum una facem accensam admovet armis in medio positis, altera gerit cornucopiae. In basi vicinae arulae AB sculptum. id est: *Abundantia:* in imo Numi segmento: G. F. N. *Georg. Frid. Nürnberg. Monetarius. Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 66.

s) *In memoriam Pacis Carlovicensis anno* 1699. *die* 26. *Januar. inter Leopoldum M. et Mustapham II. conclusae.*

93. PANNONIIS RESTITVTIS. VII. CAL. FEBR. MDIC. Fama laureata stans in media Congerie vexillorum et armorum, dextra tubam, PAX inscriptam, ori admovet, sinistra palmae ramum tenet.

PRAECLARIS LEOPOLDI VICTORIIS. Labarum monogrammate Christi insignitum, ex quo pendet Mappa fimbriata, exhibens Hungariam cum Sclavonia, partemque Transilvaniae, cum praecipuis fluviis, ac illis praecipue urbibus, quae sub Leopoldo M. recuperatae sunt. Inter Danubium ac Tibiscum laurea includit bina Scuta, Hungaricum a dextris, Trancilvanicum a sinistris. *Arg. elegans pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 67.

94. LEOPOLDVS MAGNVS ROM. IMP. S. A. Protome ejusdem magno cum capillitio, laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

PAX PARTA TRIVMPHIS. Infra: ARMISTITIT. CVM TVRC. 1699. Jupiter aquilae volanti insidens, vibratisque fulminibus Gygantes prosternens. In exteriore circulo: PAX VIVAX MItI LEOPOLDI EX ORE REFVLGET. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 68.

95. LEOPOLDO M. PACATORI ORBIS TERRARVM. Protome laureata, ut in praecedente. G. H.

ARMISTIT. CVM TVRC. 1699. Victoria stans d. lauream, s. caput Jani bifrontis. Infra: Sol oriens, et perigraphe: PORRECTA MAIESTAS AD ORTVM SOLIS. *Arg. tetradr. Ibidem N.* 69.

t) *Numismata Saecularia Anni* 1700.

96. SPERATA TEMPORVM FELICITAS. Protome Jani bifrontis Cippo quadrilatero superposita, et Circulus serpentinus cum epigraphe: FEL. AVG. SECVLI XVII. Infra sedente Muliere co-

ronata, quae d. caduceum, s. cornucopiae gerit, inter alias duas figuras eidem Cippo adstantes, quarum dexterior est Symbolum Spei, Mulier nempe velata, quae una manu elevata florem tenet, altera demissa liquorem ex patera fundit ad aram ignitam, sinisterior Saturnum alatum, cum falce inversa, stantem, ac sese super eundem Cippum dextro brachio reclinantem exhibet.

In Aversa parte Urania in nube sedens cum serto stelligero supra caput, dextra manu, super globo caelesti posita, tenet in sceptro oculum divinae providentiae, sinistra gubernaculum, et circumdatur Scutis heraldicis Regnorum, ac provinciatum Hungariae, Bohem. Dalm. Croat. Sclavoniae, Austr. Burgund. Styr. Tyrolis. Aquila bicipite Imperii Romano Germanici principem obtinente locum in circulo coronato, supra quam legitur: LEOPOLD. IMP. In exteriore Circulo: IMPERIVM SINE FINE DEDI. VIRG. G. F. N. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Tab.* 43. *Leop. I. N.* 70. Elegans.

97. SAECVLO FESTAS REFERENTE LVCES. Saturnus alatus in nube decumbens d. tenet circulum serpentinum, numero XVII. inscriptum, s. falcem. In imo: GLORIA SÆCVLI VIRTVS CÆSS. P. H. M.

In Aversa: HIS EGO NEC METAS RERVM NEC TEMPORA PONO. Leopoldus, et Josephus Augg. laureati, paludati, ante aram ignitam

in medio positam sedentes specie colloquentium, et e regione Saturnus genuflexus falce confracta, cui adstat abundantia, seu mulier gerens cornucopiae. Infra legitur: LEOPOLDO ET JOSEPHO AVGG. SÆCVLARIA SACRA CELEBRANTIBVS. 1700. *Arg. pond.* $3\frac{1}{2}$ *Semunc. Tab.* 42. *Leop. I. N.* 71.

u) *In memoriam Pacis universalis anno* 1700. *quo Protestantes Germaniae novo Calendario uti coeperunt, expunctis mense Februario postremis decem diebus.*

98. D. O. M. ET MEM. PACIS. VNIVERS. S. MDCC. Scriptum in Ara cylindrica, ardente, ac fumante, supra quam Triangulum radians divinae Triadis symbolum, ac duo Angeli, quorum unus *Pacem Gallicam*, alter *Turcicam* annunciat in Scheda, quam prae se gerit. In peripheria legitur: MAGNAS FERTE DEO GRATES PRO PACE RECEPTA — DVPLA: PERPETVAM REDDAT VTRAMQ. TRIAS. Et infra: GERECHTES LOBOPFER DANKMAHL.

In aversa Numi parte haec sunt: Perigraphe: ANNO QVO MENDÆ CORRECTÆ IPSÆQ. CALENDÆ FASTORVM, A CHISTO NATO SVM CVSVS ET ISTO. Typus exhibet in medio Cippum quadratum cum superposito Jani bifrontis busto inter Solem et lunam, cumque hac inscriptione germanica: FEBR. 1700. 16. FREYTAG. 17. SONNABEND. 18. SONNTAG. MARTIVS. 1. MONTAG. 2. DIENSTAG. 3. MITTWOCH.

4. DONNERSTAG. Et infra: GEENDERTN CALENDERS DENKSAHL. *Arg. pond. 2. Semunc. Ibidem N.* 73.

x) *Numi iconici Eleonorae Augustae, hujusque filiorum ex Leopoldo M. susceptorum.*

99. LEOPOLDVS AVG. IMP. CÆSAR. P. F. 1689. Protome Imperatoris laureati. Infra est Strobilus civitatis Augustae Vindelicorum.

ELEONORA MAG. *dalena.* THERES. C. P. R. B. I. C. E. M. D. ROM. IMP. *Comes Palatina Rheni, Bavariae, Juliae Cliviae, Et Montium Dux, Romanorum Imperatrix.* Hujus Protome, pectore tenus. *Aur. simpl. ibidem N.* 72.

100. ELEON. MAG. THERES. ROM. IMP. MATER AVGG. VIRTVTES CONTINET OMNES. Protome Augustae, ad pectus cum aquila bicipite.

GENITRIX FOECVNDA DEORVM. Eleonora, Cybeles instar, capite turrito, cum clavi in manu dextera, inter suos filios, Josephum jam Regem, et Carolum Archiducem, sedens in curru a bigis leonum tracto. *Arg. pond.* $3\frac{1}{2}$ *Semunc. ibidem N.* 75. Elegans.

101. IOSEPHVS I. D. G. ROM. ET HVNG. REX. Caput laureatum, ad pectus cum aureo vellere, et aquila bicipite.

CAROLVS D. G. ARCHIDVX AVSTRIÆ. Caput nudum, ad pectus amictu Archiducali. *Arg. pond. Semunc. ibidem N.* 74.

y) *Numismata genealogica, in honorem Domus Palatinae Neoburgicae, et Augustae Domus Austriacae anno* 1697. *signata, et Leopoldo M. ac Eleonorae Augustis oblata.*

102. STATE PALATINÆ LAVRVS PRÆTEXTAQVE QVERCV STET DOMVS. ÆTERNOS *stirps* HABET *illa* DEOS. *Ovid.* Infra: GLORIA GENTIS AVGVSTÆ. Arbor laurus, sub qua jacet *Philippus Wilhelmus*, pater *Eleonorae* Augustae, primus ex Ducibus Neoburgicis Elector Palatinus, heraldico familiae suae scuto, et galeae innixus, corona, et reliquis Electoratus ornamentis conspicuus, et in qua sunt novem parmulae coronatae exhibentes capita totidem Principum utriusque sexus ab eodem prognatorum, videlicet 1) *Joannis Wilhelmi* Electoris. 2) *Caroli Philippi* in eodem Electoratu successoris. 3) *Alexandri Sigism.* Episcopi Augustani. 4) *Ludovici* Magni Magistri Ord. Teut. 5) *Eleonorae Magd. Theres.* Imperatricis Rom. 6) *Mariae Annae* Hisp. Reginae. 7) *M. Sophiae* Portugall. Reg. 8) *Hedvigis Elis*, Pol. Reg. 9) *Dorotheae Sophiae* Princ. Parm. In margine infimo hujus partis nomen artificis G. F. N. id est *Georg Fridrich Nürnberger.*

CHARA DEVM SOBOLES SERIS FACTVRA NEPOTIBVS VMBRAM. *Virg.* Infra: ÆTERNITAS DOMVS AVGVSTI. 1697. Arbor Quercus, in cujus imo stipite occurrunt duo capita sese respicientia cum inscriptione: LEOPOLD. I. R. IMP.

† ELEONORA MAGD. THER. inter duos genios alatos stantes, qui parmulam has effigies exhibentem simul tenent, atque altera manu Scutis, ille Austriaco, hic Palatino-Neoburgico, innituntur; supra hos in arbore conspicuae sunt aliae sex parmulae continentes effigies, et nomina prolium Eleonorae Augustae ex Leopoldo M. susceptarum, nempe 1) *Josephi I.* Rom. et Hung. Regis. 2) *Caroli* Archiducis. 3) *M. Josephae.* 4) *M. Magdalenae.* 5) *M. Elisabethae.* 6. *M. Annae.* Aversae hujus partis Incisor fuit *G. Hautsch*: quod vocabulum in margine infimo occurrit. In exteriore demum circulo, utrique numismatis parti communi, legitur: ET FOLIVM EIVS NON DEFLVET: ET QVÆCVNQVE FACIET PROSPERABVNTVR. PS. I. *Arg. max. moduli. pond.* 12¾ *Semunc. Tab.* 43. *Leop. I. N.* 78. Elegans.

103. Aliud simile, sed in quo circulus exterior glaber, sine inscriptione est. *Arg. pond.* 9¼ *Semunc.*

104. IOSEPHVS I. D. G. ROM. ET HVNG. REX. Protome Regis capite galeato, cristato, ad pectus cum aureo vellere, in laurea, quam sequens inscriptio ambit: DOMINVM FORMIDABVNT ADVERSARII EIVS. ET DABIT IMPERIVM REGI SVO. I. REG. CAP. 2. 10.

Arbor exhibens Capita omnium ex Domo Austriaca Imperatorum a *Rudolpho I.* cujus effigies coronata in stipite prope radicem occurrit, usque ad *Leopoldum M.* cujus protome

laureata medium in hac arbore locum obtinet cum inscriptione: LEOPOLD. MAGN. TVRCARVM DOMITOR. — IVSTITIA EIVS MANET. Accedit marginalis haec perigraphe: POTENS IN TERRA ERIT SEMEN EIVS. GENERATIO RECTORVM BENEDICETVR. PS. CXI. postremi hi quinque characteres sunt in ejusdem Arboris trunco incisi per *Georgium Frid. Nürnberger* ibidem in area literis G. F. N. † notatum. In exteriore demum circulo exsculpta sunt haec verba: * SIC † DOMVS † ÆTERNVM † FLOREAT † AVSTRIACA. *Arg. max. mod. pond.* 11½ *Semunc. Tab.* 44. *Leop. I. N.* 82. Elegans.

z) *Numi exequiales* LEOPOLDI *M. et* ELEONORAE *Augg. prior anno* 1705. *posterior ann.* 1720. *signatus.*

105. D. M. LEOPOLDI. M. P. F. S. AVGVST. PP. QVI TERR. EREPTVS COELVM PETIIT. D. 5. MAI. 1705. Hoc epitaphium est in basi lemniscis ornata, supra quam stat urna sepulcralis, in cujus operculo sunt tres Coronae, addito lemmate: EXTINCTVS AMABITVR IDEM. Infra a dextris: Mulier velata sedens, manu dextra tenet Scutum Imperii aquila bicipite insignitum, laeva fulcit caput. A sinistris Fax fumans. In imo: LVCTVS PVBLICVS.

Aversae Inscriptio: LEOPOLDVS IN IOSEPHO IMMORTALIS. Et infra: IMPERII SOLATIVM. Typus: *Josepho* sub Conopeo stanti, coronato, paludato, loricato, hinc caelestis quae-

dam. Virgo in nube apparens ostentat defuncti *Leopoldi* imaginem circulo aeternitatis inclusam, et palmae ramo, sertoque stelligero ornatam, inde vero Matrona velata, humi sedens utraque manu extensa ad eundem sese convertit velut sublevari cupiens. *Arg. pond.* 3. *Semunc. Tab.* 43. *Leop. I. N.* 76. Elegans.

106. ELEONORA MAGDALENA THERESIA AVGVSTA CAESARIS AVGVSTI CONIVX MATER AVGVSTORVM. Ejus Caput corona Imperiali cinctum, dextrorsum spectans. Infra quod nomen artificis. *PAW.*

Epitaphium in Aversa brevissimum: M. E. T. ROM. IMP. id est: *Memoriae Eleonorae Theresiae Romanorum Imperatricis:* inscriptum basi graduatae, cui incumbit urna sepulcralis, in pyramidem, corona Imperiali ornatam, adsurgens usque ad nubem lucidam, coronamque caelestem, ibidem conspicuam. Perigraphe: GRATA TOT AETERNVM AVGVSTAE DECVs ASTRA CORONANT. majores literae indicant Annum obitus MDCCXX. *Arg. pond.* 3⅛ *Semunc. Ibidem N.* 77. Elegans.

aa) *Hic accedunt aliquot Numi exteri, ac duae Cruces, ob victorias a Confoederatis Leopoldi Magni anno* 1686. *et sequente relatas.*

106. VRBS VICTRIX. Venetiae.

IMPERIVM SINE FINE DEDI. Mulier turrita sedens cum palmae ramo, et clypeo, cui inscriptum: DE TVRCIS 1686. circumstantibus

aliis quinque geniis tabulas ichnographicas expugnatarum insularum, et urbium tenentibus. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* elegans.

108. TERROR TVRCARVM. Effigies trium belli Ducum, *F. Morosini*, Hier. *Cornari* Venetorum, et Ottonis Wilhelm. *Königsmarch* Sueci, inter duos genios, tubis et palmae ramis instructos, qui altera manu Morosino Venetiarum Duci lauream imponunt.

1687. Conspectus septem arcium in Morea receptarum, adscriptis nominibus: LEPANTO. PATRASSO. CORINTHO &c. *Arg. deauratus. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

109. INNOCEN. XI. PONT. OPT. MAX. LEOPOLDVS AVG. IMP. CÆSAR P. F. CAROLVS V. DVX. LOTHRINGIÆ, ET BARR. GAE. MAX. EM. S. R. I. EL. ARCHIDAP.

VINCIT POTENTIA FATI. Tres Naves in pelago. In prima ad puppim stat Innocentius XI. habitu summi Pontificis, ritu benedicentis; huic proximus sedet *Leopoldus* M. ornatu Caesareo; propius ad proram assurgit Carolus Lotharingus cum tubo optico, in ipsa prora consistit Maximilianus Bavarus stricto cum ense. Hi tres altera manu tenent simul rete in mare jactum, quo Orbem Christianum fluctibus agitatum comprehendunt, ac dirigunt, sequunturque aliam minorem Navim, in qua sunt Morosinus, Cornarus, et Königsmarch, aeque reti in mare jacto velut piscaturi post naufragium Classis Turcicae, cujus navim

unam, nondum penitus fluctibus haustam, in conspectu habent. In mari capita, et pilei Turcici, inter fluctus. *Arg. pond. 2. Semunc. Tab. 43. Leop. I. N. 79.*

110. CRVX VICTORIALIS. Deipara coronata, nimbata, stans in luna bicorni, dextra tenet Sceptrum, sinistra Jesulum, inter duos Angelos crucem tenentes.

Pars aversa sine literis exhibet praelium Christianorum cum Turcis, in quo conspicui sunt Episcopus infulatus cum cruce, et Rex vel Caesar coronatus cum gladio in dextera, praeequitantes. Supra est Angelus in nube. Infra: Monomachia inter militem Christianum ac Turcam. *Arg. Crux cum ansula pond. Semunc. Ibidem N. 80.*

111. CRVX VICTORIALIS. Quatuor lauri rami, per Crucis brachia diffusi.

Aversae typus idem est, qui in praecedente. *Arg. crux cum ansula pond. 1½ Semunc. Ibidem N. 81.*

Verisimile est, has cruces Romae factas, ac pro gestamine distributas fuisse, pietatis, et publicae laetitiae causa, ob insignem aliquam victoriam de Turcis relatam in Hungaria vel ad Mohacsium, vel ad Zentam, ope divina, ac patrocinio Virginis Deiparae, armis vero Leopoldi Magni, et subsidio Pontificis Romani, qui propterea simul cum Caesare inter praeliantes adumbratur. Nec enim sustineri potest eorum opinio, qui isthic *Tomoraeum* Colocensem Archipraesulem, et Regem *Ludovicum II.* repraesentari arbitrantur in ejusmodi Cruce, quae utique non ob acceptam cladem, sed ob gestum feliciter praelium, *Victorialis* inscribitur, ac nuncupatur.

B) *Monetae currentes, aur. arg. et aereae.*

a) *Aurei variae magnitudinis, serie chronologica.*

1. LEOPOLDVS D. G. RO. I. S. AV. GE. HV. BOH. REX. Protome Leopoldi laureati, cultu hispanico, ad pectus cum aureo vellere. Infra est XV. in parmula.

ARCHID. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TYR. 1661. Deipara coronata, nimbata, in circulo radiato sedens d. sceptrum, s. Jesulum tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Regni Hungariae. In area: K. B. *Aur. triplus. Tab.* 44. *Leop. I. N.* 83.

Hic *Aureus* non suo, sed *Marianorum* argenteorum typario signatus fuit; id quod Numerus XV. infra effigiem Leopoldi M. occurrens prodit.

2. LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator stans, coronatus, palliatus, loricatus, aureo vellere ornatus, ense praecinctus, d. sceptrum, s. pomum Imperii. K. B.

AR. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TY. 1664. Deipara solitis cum attributis, uti in aureo praecedente. *Aur. simplex. Ibidem N.* 84.

3. LEOPOLD. D. G. RO. I. S. AVG. GE. HV. BO. REX. Imperator stans, ut supra. K. B.

ARCHID. AV. DV. BVR. MAR. MOR. 1667. Effigies Deiparae cum Jesulo, uti in praecedentibus. *Aur. duplus.*

4. LEOPOLDVS D. G. RO. IMP. SEM. AVG. GER. HVN. BOH. REX. 1668. Protome Imperatoris laureati, ad pectus cum aureo vellere. A dextris intra perigraphen Insignia Hungariae in parmula coronata, a sinistris icuncula Mariana solitis cum attributis.

ARCHIDVX AVST. DVX BVR. MAR. MO. CO. TYR. Aquila biceps coronata, alis expansis, ense ac Sceptro armata, gerens in pectore Scutum torque aurei velleris cinctum, in quo sunt Insignia Hungariae, et Bohemiae cum parmula Austriaco-Burgundica in medio. In area K. B. *Aur. decuplus.*

5. LEOPOLDVS D. G. RO. I. S. AVG. GE. HV. B. REX. Imperator stans etc. uti N. 2. K. B.

ARCHID. AV. DV. BVR. MAR. MOR. CO. TYR. 1669. Deipara coronata, nimbata, ac radiis undique circumdata sedens d. sceptrum, s. gerit Jesulum nimbatum, benedicentem, alteraque manu tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aur. quintuplus. Ibidem N.* 85.

6. Alius ejusdem anni 1669. sed *simplex Cremnicensis.*

7. LEOPOLD. *icuncula Mariana cum sceptro et Jesulo.* D. G. R. I. S. AV. GE. *Insignia Hung. in parmula coronata.* HV. B. REX. Protome laureata Imp. Leopoldi, ad pectus cum aureo vellere. Infra axillam: 1670.

ARCHID. AV. DV. BV. MAR. MOR. CO. TYR. Aquila biceps nimbata, coronata, alis ex-

pansis, ense, sceptroque armata, gerens in pectore Scutum coronatum, et aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. et parmula Austriaco-Burgundica in medio. K. B. *Aur. quintuplus.*

8. PATRONA HVNGARIÆ. 1671. Effigies B. Virginis coronatae, nimbatae, radiis undique cinctae, sedentis cum sceptro in dextera, et in sinistra cum Jesulo benedicente, globumque crucigerum tenente. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hungariae.

IN. MANIBVS. TVIS. SORTES. MEÆ. — CONSILIO. ET PATIENTIA. S. Josephus capite nimbato stans d. tenet Jesulum, s. lilium. *Aur. simpl. Ibidem N.* 86. R.

De hoc aureo videatur *Notitia Rei. Num. Hung. pag.* 412.

9. S. IMMACVLATA. V. MA. MAT. DEI. PAT. HV. 1674. Deipara velata, nimbata, in circulo radiato stans, d. tenet Jesulum nimbatum, s. sceptrum. Sub pedibus luna, infra hanc Insignia Hung. in parmula coronata. In area siglae: N. B. et L. M.

LEOPOLDVS. D. G. R. I. S. A. G. HVNG. R. Protome laureata Leopoldi, sinistrorsum spectantis, ad pectus cum aureo vellere. *Aur. simplex Nagybanyiensis. Ibidem N.* 90.

10. PATRONA HVNGARIÆ. 1675. Deipara coronata, nimbata, in circulo radiato sedens, d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum benedicentem, globumque crucigerum tenentem. Sub

pedibus luna; infra hanc Scutum coronatum Hungariae inter duas parmulas, quarum una exhibet castellum Claudiopolitanum, altera monogramma ex G. vel S. et C. factum.

LEOPOLDVS. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Hujus protome laureata, paludata, ad pectus cum aureo vellere. *Aur. quintuplus.* *Ibidem N.* 87.

11. LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, aureo vellere ornatus, sinistrorsum conversus, d. sceptrum, s. pomum Imperii. K. B.

AR. AV. DV. BV. M. MO. CO. TY. 1676. Deipara coronata, nimbata, radiis undique cincta, sedens d. sceptrum gerit, s. Jesulum nimbatum, tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aur. simpl. Cremnicens.*

12. Alius similis, anni 1677. *Simpl. Cremn.*

13. In alio simili, ann. 1685. *Simpl. Cremn.*

14. In alio simili, annus 1687. *Simpl. Cremn.*

15. Alius similis, anno 1688. K. B. *Simpl.*

16. Alius similis, ann. 1689. K. B. *Simpl.*

17. et 18. alii duo similes, ejusdem anni 1689. K. B. *Simplices.*

19. et 20. alii duo similes, anni 1690. K. B. *Simplices.*

21. Alius similis anni 1691. K. B. *Simplex.*

22. In alio simili, anno 1692. K. B. *Simpl.*

23. In alio simili annus 1693. K. B. *Simpl.*

24. Alius similis anni 1694. K. B. *Simpl.*

25. Alius similis anni 1695. K. B. *Simpl.*

26. LEOPOLDVS. D. G. R. I. S. A. GE. HV. BO. REX. Stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, aureo vellere ornatus, d. sceptrum, s. globum crucigerum. Siglae: N. B.

S. IMMAC. VIR. M. MAT. DEI. P. HVN. 1695. Deipara coronata, nimbata, in circulo radiato sedens, d. Jesulum nimbatum cum globo crucigero, s. sceptrum tenens; sub pedibus luna, infra hanc scutulum coronatum Hung. *Aur. simpl. Nagybanyiensis. Tab.* 44. *Leop. I. N.* 88.

27. LEOPOLD. D. G. &c. uti N. 11. K. B.

AR. AV. DV. BV. MA. MO. CO. TY. 1697. Deipara coronata, nimbata, undique radiata sedens d. sceptrum, s. Jesulum, sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hung. *Aur. simpl. Cremn.*

28. Alius similis, sed anni 1700. K. B. *Simplex Cremnicens.*

29. Alius, in quo omnia, uti N. 25. sed annus 1700. Siglae: N. B. *Simplex Nagybanyiensis.*

30. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, aureo vellere ornatus, d. sceptrum, s. pomum Imperii. N. B. intra pedes monogramma ex C. et B.

S. IMMAC. VIR. M. M. DEI. PAT. HV. 1701. Deipara coronata, nimbata, radiis undique cincta, sedens d. Jesulum nimbatum, s. sce-

ptrum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aur. simpl. Nagybanyiensis.*

31. LEOPOL. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Stans coronatus etc. ut supra, sed Siglae K. B. et nullum intra pedes monogramma.

AR: AV: DV: BV: M. MO: CO: TY. 1702. Deipara coronata nimbata, radiis undique cincta, sedens d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum, benedicentem, globumque crucigerum tenentem gerit. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae. *Aur. simpl. Cremnicens.*

32. Alius similis, ejusdem anni 1702. *simplex Cremnic.*

33. LEOPOLDVS. *icuncula Mariana solitis cum attributis.* D. G. RO. I. S. AVG. GER. *parmula coronata Hungariae.* HV. BO. REX. Protome Leopoldi laureati ad pectus cum aureo vellere.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MOR. CO. TY. 1703. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, gerens in pectore Scutum coronatum, aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hungariae, et Bohemiae cum parmula Austriaco-Burgundica in medio. In area: N. B. *Aur. Decuplus. Nagybanyiensis.*

34. Alius, in quo omnia, uti N. 29. sed annus 1703. *Simplex Nagybanyiensis. Tab. 44. Leop. I. N. 89.*

35. Alius ejusdem anni 1703. in quo omnia, uti N. 30. *Simplex Cremnicensis.*

36. Alius huic similis, sed anni 1704. *Simplex Cremnicens.*

Sequuntur quadrantes, et sextulae, aureorum simplicium, rari ob exiguitatem.

37. PATRONA. HVNGARI. 1696. Deipara coronata, nimbata, sedens in circulo, d. sceptrum, s. Jesulum. Infra est parmula coronata Hung. In area: N. B.

LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum aureo vellere. Infra est parmula cum nota valoris ¼. *Aureolus quartam partem appendens unius Ducati simplicis. Ibidem N. 92.*

38. PATRONA HVNG. 1684. Deipara coronata, nimbata, in circulo sedens d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum gerit.

LEOP. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Scutum coronatum Hungariae, fascias quatuor a dextris, crucem patriarchalem tricolli coronato insistentem a sinistris exhibens. Siglae: N. B. *Quadrans aurei simplicis. Ibidem N. 93.*

39. IMMACVL. V. MAR. MAT. DE. P. HV. 1673. Deipara velata, nimbata, stans in circulo radiato d. tenet Jesulum nimbatum, s. sceptrum. Siglae: N. B. L. M. Infra iconem parmula coronata Hungariae.

LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. HVNG. R. Caput laureatum Leopoldi, infra quod est parmula

exhibens notam valoris $\frac{1}{6}$. id est: *Sextulam unius aurei simplicis.*

40. Alius similis sed anni 1690. *Sextula aurei simplicis* Nagybanyiensis. *Ibidem N.* 91.

41. Effigies consueta Deiparae sedentis cum sceptro in dextera, et Jesúlo in sinistra. Annus est 1703.

Scutum coronatum, continens utrumque Insigne Regni Hung. K. B. *Sextula unius aurei simplicis. Ibidem N.* 94.

b) *Argentea moneta. Thaleri, horumque partes.*

1. LEOPOLDVS D. G. RO. I. S. AVG. GER. HVNG. BOH. REX. Protome illius laureata, ad pectus cum aureo vellere, sinistrorsum. Inter perigraphen hinc parmula coronata Hung. inde consueta icuncula Mariana cum sceptro, et Jesulo.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MOR. CO. TY. 1659. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, gerens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt fasciae Hungaricae, et leo Bohemicus alternantes, medium obtinente locum parmula Austriaco-Burgundica. K. B. *Arg. Thal. pond.* 1$\frac{1}{4}$ *Semunc. Tab.* 45. *Leop. I. N.* 100.

2. LEOPOLD. reliqua fere omnia, ut in praecedente, idem quoque annus 1659. idemque pondus argenti.

3. LEOPOLDVS. reliqua ut N. 1. sed annus in isto est 1661. K. B. *Thal. arg.*

4. LEOPOLDVS: D: G: RO: I: S: AV: G: HV: B: REX. Protome laureata, dorso obverso, ad humerum cum aureo vellere.

ARCHIDVX. AV. DVX BVR. COM—Y. 1663. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, habens in pectore Insignia solius Hungariae, aureo vellere circumdata. Siglae: N. B. *Arg. Thal. in margine laesus. Ibidem N.* 97.

5. Alius similis, sed in aversa post alios titulos habet: COM. TIYR. 1665. In pectore Aquilae sunt solius Hungariae Insignia, ut in praecedente. *Signatus aeque in officina* Nagybanyensi. *pond.* 1½ *Semunc. arg.*

6. Alius ejusdem anni ex officina Cremnicensi ita habet: LEOPOLDVS. *icuncula Mariana solitis cum attributis.* D. G. RO, I. S. AVG. GER. *parmula coronata Hungariae.* HV. BOH. REX. Protome Leopoldi laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra axillam est annus 1665. exsculptus.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BVR. MAR. MOR. CO. TY. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hungariae, et Bohemiae cum parmula Austriaco-Burgundica in medio. Siglae: K. B. *Arg. Thal. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 95.

7. LEOPOLDVS et reliqua, uti Num. 5. sed Protome Leopoldi concinnior, et annus in aversa est 1671. Siglae: N. B. infra aquilam bicipitem solius Hungariae Insignia in pectore habentem. *Arg. Thal. ibidem N.* 99.

8. Alius huic similis, sed annum habens 1672. Siglae: N. B. *Arg. Thal.*

9. Alius, in quo fere omnia, sicut N. 6. sed annus est in parte aversa 1690. *Arg. Thal. Cremnicens. pond.* 1 $\frac{1}{2}$ *Semunc.*

10. Alius, aeque *Cremnicensis Thalerus* anni 1691. praecedenti similis, diverso tamen typario percussus. *Pondus idem.*

11. Alius anni 1693. hoc fere solo a praecedente diversus, quod pars brachii humero proxima in effigie Leopoldi ornata sit capite leopardi. *Arg. Thal. eiusdem pond. Ibidem N.* 101.

12. S: IMMACVLATA: VIR: MAR: MAT: DEI. PAT: HVNGA. 1695. B. Virgo coronata, nimbata, stans in nube super luna bicorni, intra circulum radiatum, d. tenet Jesulum nimbatum, s. sceptrum. In area: Siglae monetariae: N. B. P. O. Infra vero est parmula coronata Regni Hungariae.

LEOPOLDVS D. G. ROM. IMP. S: A: G: HVNGARI: REX. Protome laureata, paludata, loricata Leopoldi Magni, ad pectus cum aureo vellere. *Arg. Thal. duplus. pond.* 3 $\frac{1}{4}$ *Semunc. Tab.* 46. *Leop.* 1. *N.* 102.

13. LEOPOLDVS. *icuncula Mariana.* D: G: ROM: IMP: S: A: *scutalum coronatum Hungariae.* GE: HV: BO: REX. Protome laureata &c. ut supra. ARCHIDVX: AVS: DVX: BVR: MAR: MOR: CO: TYR: 1695. Aquila biceps nimbata, coronata, ense sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hungariae, et Bohemiae cum parmula Austriaco-Burgundica in medio posita. K. B. *Arg. Thal. pond.* 1 ⅔ *Semunc.*

14. Alius huic similis, sed anni 1698. K. B. *Arg. deauratus, habuit ansulam.*

15. Alius annum habens 1700. in quo sunt fere omnia, uti N. 13. Idem quoque Thaleri pondus.

16. Alius anni 1702. cum nomine Incisoris I. C. A. brachio Leopoldi laureati insculptis, et cum nomine loci N. B. in parte aversa, infra pedes aquilae bicipitis. *Arg. Thal. pond.* 1 ½ *Semunc.*

17. Alius Cremnicensis Thalerus anni 1703. similis descripto sub *Num.* 13. et ejusd. ponderis.

c) *Semisses Thalerorum, vulgo Florenarii arg.*

18. LEOPOLD. *icuncula Mariana.* D. G. R. I. S. AV. GE. *scutulum Hungariae.* HV. B. REX. Protome laureata, paludata, loricata Leopoldi M. ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID. AV. DV. BV. MAR. MOR. CO. TYR. 1698. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata &c. uti Num. 13. K. B. *Semis Thaleri*, seu *florenus arg. pond.* ½ *Semunc. Ibidem N.* 103.

19. Alius similis, anni 1699. K. B. *Flor. arg. ejusd. pond.*

20. In alio simili est annus 1701. K. B. *Fl. arg. ejusd. pond.*

21. In alio simili annus 1703. K. B. *Flor. arg.*

d) *Quadrantes Thalerorum, seu medii Floreni argentei.*

22. LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. GER. HVN. et BOH. REX. Rhombus, in quo est Protome laureata Leopoldi Magni, inter parmulam coronatam Hungariae, et icunculam Marianam. Infra est Numerus ¼ parmulae inscriptus.

ARCHID. AVST. DVX BVR. MA. MO. COM. TYR. 1694. Rhombus, in quo est Aquila biceps cum attributis sub Num. 13. descriptis. K. B. *Medius Fl. arg. Ibidem N.* 104.

23. Alius similis, anni 1695. *Med. flor. arg. pond. didrahm.*

24. In alio simili annus 1698. idem pondus.

25. In alio simili annus 1699. *Arg.* ¼ *fl.*

26. Alius similis, anni 1701. K. B. *Medius Fl. arg. pond. didrachm. Ibid. N.* 105.

27. Alius similis, anni 1702. K. B. *Medius Fl. arg. ejusd. pond.*

28. LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. GER: HVN: BO: REX Rhombus, in quo Protome Leopoldi laureati, ad pectus cum aureo vellere. A dextris scutulum coronatum Hung. a sinistris vero consueta icuncula Mariana. Infra Protomen parmula continens Numerum fractum ¼.

ARCHID. AVST. DVX. BVR. MA. MO. CO. TY. 1703. Rhombus in quo Aquila biceps cum attributis supra descriptis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo Insignia sunt Hung. et Boh. cum parmula Austriaco-Burgundica in medio K. B. *Quadrans Thaleri, seu medius fl. arg.*

e) *Mariani Leopoldini, seu Grossi lati quindecim cruciferorum, qui postea elevati fuere ad sedecim, ac postremo ad septemdecim cruciferos.*

1. PATRONA. HVNGARIÆ. 1665. B. Virgo coronata, nimbata, in circulo radiato sedens d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum tenentem globum crucigerum, gerit. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae. In area: K. B.

LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. GE. HV. BO. REX. Protome Leopoldi laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra est numerus XV. in parmula. *Arg. Marianus pond. didrach. Tab. 46. Leop. I. N. 106.*

Ornatus causa in hoc Mariano inscriptiones factae sunt in Schedis circulariter evolutis, sed peripheriam non penitus ambientibus.

2. S. IMMACVLATA. V. MAR. MAT. DEI. PAT. HVN. 1677. Circulus granulatus in quo Effigies Deiparae velatae, nimbatae, radiis undique cinctae, stantis in luna bicorni, ac d. Jesulum nimbatum, s. sceptrum gerentis. In area: N. B. I. S. infra effigiem scutulum coronatum Hungariae.

† LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. HVNG. REX. †† Protome Leopoldi M. laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra: numerus XV. in parmula. *Arg. Marianus pond. didrachm.*

3. Alius similis, sed anni 1678. *Arg. Mar. ibid. N.* 109.

4. PATRONA HVNGARIÆ. *Inscriptum Schedae in orbem non penitus evolutae.* Supra 16†80. Deipara coronata nimbata, radiis undique cincta, d. sceptrum gerit, s. Jesulum benedicentem, globumque crucigerum tenentem. In area: K. B. Infra: Scutulum coronatum Hungariae.

LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Inscriptum Schedae peripheriam non penitus ambienti. Protome Leop. M. ut in praecedente. Infra: numerus XV. in parmula. *Arg. Mar. Exempl.* 2.

5. S. IMMACVLATA. V. MAR. MA. DEI. PAT. HVN. 1686. Circulus granulatus, in quo Deipara

velata, nimbata, radiis undique cincta, d. Jesulum, s. sceptrum gerit. In area: N. B. P. O. Infra est scutulum Regni Hung.

LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. HVN. BO. REX.: Protome Leopoldi M. laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra: numerus XV. in parmula. *Arg. Mar.*

6. Alius huic similis, sed anni 1687. *Arg. Mar.*

7. In alio huic simili annus est 1688. *Arg. Mar.*

8. Alius anni 1689. similis quoad omnia descripto sub N. 5. *Arg. Mar.*

9. Alius similis descripto sub N. 1. sed annum habens 1690. *Arg. Mar.*

10. PATRONA HVNGARIÆ 1691. Deipara coronata nimbata sedens in radiis solaribus d. tenet sceptrum, s. Jesulum nimbatum benedicentem, gerentemque globum crucigerum. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hung. In area K. B.

LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Protome, ut supra, et numerus XV. *Arg. Mar.*

11. Alius similis, sed annum habens 1694. *Arg. Mar. ibidem N.* 107.

12. In alio simili annus est 1696. siglae N. B. *Arg. Mar.*

13. PATRONA HVNGARIÆ. 1696. B. Virgo coronata, nimbata, ac velut sole amicta in medio radiorum sedens, ac sub pedibus lunam habens dextra tenet sceptrum, sinistra Jesulum nimbatum, benedicentem, globumque crucigerum tenentem. Infra effigiem Scutulum

coronatum Hungariae inter duo alia, quorum uni C. alteri monogramma ex S. et H. inscriptum est. In area: C. H. id est: *Cibinium Hermanstadt.*

LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Protome laureata, paludata, loricata Leopoldi M. ad pectus cum aureo vellere. Infra: numerus XV. in parmula. *Arg. Mar. ibidem N.* 108.

f) *Grossi Senarii, valore primum sex, postea septem cruciferorum, hodie Septenarii dicti.*

1. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. GE. HV. B. REX. Caput laureatum, infra quod numerus VI. sub clausula.

PATRONA HVNGARIÆ. 1667. Deipara coronata, nimbata, radiis undique cincta sedens d. sceptrum, s. Jesulum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung. In area: K. B. *Arg. Senarius.*

2. Alius anni 1668. praecedenti similis K. B. *Arg. Senarius.*

3. LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Protome laureata, ad pectus cum aureo vellere, infra numerus VI. in parmula.

S. IMMACVLATA. V. M. MAT. DEI. PAT. H. 1681. † Deipara velata, nimbata, radiis undique cincta stans in luna bicorni d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum gerit. In area N. B. Infra effigiem scutulum coronatum Hung. *Arg. Senarius. Tub.* 46. *Leop. I. N.* 110.

4. LEOPOLDVS. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. Protome laureata, ad pectus cum aureo vellere. Infra est numerus VI. in parmula.

ARCHID. AV. D. BVR. & SIL. 1672. Aquila biceps coronata, ense, sceptroque armata; alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, in quo sunt insignia Austriaco-Burgundica. Infra Aquilam S H S. sub clausula. *Arg. Senarius in Silesia signatus.*

5. et 6. Alii duo similes, ann. 1676. et 1677. aeque *Arg. Senarii.*

g) *Grossi minores argentei, valore trium cruciferorum.*

1. LEOP. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. *Scriptum in Scheda circulariter evoluta, in cujus medio* Protome Leopoldi laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra est numerus 3. in parmula.

PATRONA HVNGARIÆ. *eodem modo exaratum in Scheda circulari, interposito superius numero anni* 1662. In medio Deipara coronata nimbata, radiis undique cincta sedens, ac lunam sub pedibus habens. In area: K. B. Infra est parmula coronata Hungariae. *Arg. gross. tricrucifer.*

2. LEOP. D. G. etc. ut supra, *sed more solito inter duos circulos.* Protome Leopoldi laureati, pectore tenus. Infra est numerus 3. in parvo circulo.

coronatum Hungariae inter duo alia, quor ...unt-
uni C. alteri monogramma ex S. et H. ...ributis
ptum est. In area: C. H. id est: ... est par-
Hermanstadt. ...uc.

LEOPOLDVS D. G. R. I. S. A. ...criptionibus,
Protome laureata, paludat... o *Nagybanyae*
poldi M. ad pectus cum a... /.
numerus XV. in parmul... G. H. B. REX. Pro-
N. 108. ...a, loricata Leopoldi,
vellere. Infra est nume-

f) *Grossi Senarii, ve...*
septem cruciferor... ...VIR. M. MAT. D. P. HVN. 1693.
...onata, nimbata, radiis undique

1. LEOPOLDVS D... in luna bicorni dextra gerit Je-
Caput laur... ...ans ...mbatum, sinistra sceptrum. In area:
sub claus... P. O. Infra est scutulum coronatum
PATR... ...ariae. *Arg. gross. tricrucif.*
nata. ...OPOLD. et reliqua ut in praecedente.
d. ... PATRONA HVNGARIE. 1703. Deipara in cir-
ir... *culo* radiato sedens, lunamque sub pedibus
*h*abens d. sceptrum, s. Jesulum tenet. In
area: N. B. Infra est parmula coronata Hung.
Arg. gross. tricrucif. Ibidem N. 112.

6. Alius ejusdem anni 1703. ex eadem officina Nagybanyiensi hoc fere solo diversus, quod in capite Deiparae corona distincte appareat. *Arg. gross.*

7. Alius huic similis, anni 1704. *Arg. gross.*

Accedunt alii tres diversorum annorum, praecedentibus similes.

h) Exemplum Polturae, et Duarii, seu mediae polturae ex modico argento aeri permixto. Item unius Cruciferi.

1. LEOPOLD. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Hu-
protome laureata, paludata, loricata, ad
... aureo vellere.

... go coronata, nimbata, sedens solitis attributis, inter P. H. id est: *Patrona Hung.* Infra legitur: POLTVRA 1699. *Vid. Tab. 46. Leop. I. N.* 113.

2. Alii similes diversorum annorum, *nigrescentes.*

3. Icuncula Mariana inter P. H. Infra: DVARIVS 1698.

LEOP. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. In medio Scutum coronatum Hungariae, inter literas monetales K. B. *Ibidem N.* 116. *Exempla 7. diversorum annorum.*

4. LEOPOLDVS. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Protome laureata, uti supra.

ARCHID. AVS. DVX. BVR. SIL. 1798. Aquila biceps alis expansis, gerens in pectore numerum 1. Infra Aquilam C. B. *sub clausula. Arg. crucifer, rufescens. Ibidem N.* 114.

i) Exempla denariorum, et obulorum ex vili argento.

1. PATRONA HVNGA. 1678. Icon Mariana solitis cum attributis.

LEOP. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Scutum Hungariae, inter literas monetales K. B. *Denar. arg. Ibidem N.* 115.

2. Alii similes diversorum annorum.

3. Icuncula Deiparae coronatae, nimbatae, sedentis intra lunam, ac d. sceptrum s. Jesulum tenentis. 1701.

Scutum coronatum Hungariae inter K. B. *Obulus arg. Ibidem N.* 117.

4. Alii obuli diversorum annorum.

k) *Monetae cupreae pro Montanis civitatibus.*

1. Duo mallei decussati. 1698. Infra: S.

Corona, infra quam L. inter duos palmae ramos. *Aereus parvi moduli. Ibidem N.* 119.

2. Duo mallei decussati, inter duas rosulas. Infra est annus 1699.

Corona, infra quam L. I. ad latus rosula. *Aereus. Ibidem N.* 120.

3. Duo mallei decussati, ad angulos oppositos hinc annus 1660. divisus, inde Crux, et plantula.

Corona, infra quam L. inter duas rosas. *Aereus. Ibidem N.* 118.

4. Rursus duo mallei decussati. Annus 1699. et rosula.

HERRNGRVND. inter duas rosulas supra, et infra positas. *Aer. Ibid. N.* 121.

Herrngrund, lat. Vallis Dominorum, locus metallicus prope Neosolium.

l) *Numus aereus obsidionis Eperiessinensis.*

5. Corona, infra quam L. et annus 1704. EPER. BLOC. id est. *Eperies bloquirt. Aereus Ibidem N.* 122.

m) *Monetae Cupreae ex Necessitate, oppositae Rakoczianis pro Libertate.*

6. Monogramma ex S. et L. annusque 1705. EX NECESSITATE. Infra est numerus valoris X. sub clausula lemniscata. *Numus aereus majoris moduli. Ibidem N.* 123.

S. L. *Sub Leopoldo*: alii interpretantur, *Salva Libertate*, tales nempe monetas procusas fuisse *ex Necessitate.*

n) *Aliae monetae cupreae jam prius, quam postrema factio Rakocziana erupisset, procusae, pariter ex necessitate, ob exhaustum bellis Turcicis aerarium.*

7. Monogramma ex S. et C. annusque 1695. Corona, sub qua L. inter duos palmae ramos. *Aereus. Tab.* 47. *Leop. I. N.* 124.

8. Alii similes, in quibus occurrunt anni 1696. 1700. et 1701. *Aerei.*

9. Tria C. invicem nexa. Annus 1698. Corona, sub qua L. inter duos palmae ramos. *Aereus. Ibidem N.* 125.

SERIES XI.

Numismata, et Monetae Regum Hung. Saeculi XVIII.

XLVII.

JOSEPHI I.

Qui coronatus A. C. 1687. patri successit 1705. Obiit 1711.

Numismata, et Monetae et qubvis metallo.

A) Numismata Mnemonica.

a) *Coronationis in Regem Hungariae.*

1. IOSEPHVS ARCHID. AVSTRIÆ. CORONAT9 IN REGE VNGAR. POSONII DIE 9. DEC. 1687. Supra hanc epigraphen Corona Hung.

AMORE. ET. TIMORE. Oculus radians divinae providentiae, infra quem stat ensis laureatus. *Aur. pond.* 38. *gran. Tab.* 49. *Jos. I. N.* 19.

2. Alius similis, sed *argenteus pondere drachmae. Ibidem N.* 18. Item alius *arg.* ¼ *drachm.*

3. O QVA SOL HABITABILES ILLVSTRAT ORAS, MAXIME PRINCIPVM. Protome adversa Regis Josephi Primi capite nudo, pretiosam chlamydem, ac tunicam hungaricam induti, pectore tenus, in laurea, cui Scheda circumvolvitur cum inscriptione: IOSEPHVS. I. D. G. HVNGARIÆ REX ARCHIDVX AVSTRIÆ. Infra lauream: C. PRIVIL. CAES. M. F.

In aversa parte medium locum obtinet Protome laureata Leopoldi Magni, sinistrorsum spectantis, circulo inclusa, inter duos palmae ramos, cum inscriptione: LEOPOLD. MAGN. TVRCARVM DOMITOR. Et: IVSTITIA EIVS MANET. Infra est radix arboris annosae, in qua conspicitur effigies coronata *Rudolphi I.* intra lauream, in ramis vero duobus, utrinque in orbem diffusis, occurrunt Capita omnium ex Domo Habspurgica Imperatorum *coronata* usque ad *Rudolphum II.* ab hoc autem incipiendo, *laureata* usque ad *Ferdinandum III. et IV.* Accedit perigraphe: POTENS IN TERRA SEMEN EIVS. GENERATIO RECTORVM BENEDICETVR. PS. CXI. postremi hi quinque characteres ejusdem arboris trunco insculpti sunt. In ima radice est MB † ac demum in exteriore Numismatis circulo legitur: * PRÆSENTI TIBI MATVROS LARGIMVR HONORES: NIL ORITVRVM ALIAS NIL ORTVM TALE FATENTES. 1688. *Arg. pond.* 7¼ *Semunc. Tab.* 47. *Jos. I. N.* 1.

4. IOSEPHVS der Erste König in Ungarn. MDCLXXXVII. Protome a fronte Josephi paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere, et manus de caelo protensa, quae Capiti illius coronam Hungariae imponit.

IOSEPH wird wachsen, wie an einer Quelle. 1. Buch Mose in 49. Arbor malis granatis onusta, in cujus stipite legitur insculptum nomen IOSEPH, habens in medio ramorum pendentia duo scutula ad sese inclinata, Au-

striae, et Hungariae digmate insignita, et coronam desuper. Infra arborem in conspectu est Danubius cum adsitis urbibus Vienna, Posonio, Jaurino. In exteriore circulo occurrit sequens perigraphe: A VSTRIA / A LLER / E XTENDETVR / E HREN / I N / I ST / O RBEM / O STERREIH / V NIVERSVM / V OLL. *Numisma oblongum, figurae ellipticae, argenteum, pond.* 8½ *Semunc. Ibidem N.* 2.

5. REGNO REDINTEGRATO IOSEPHVS REX DATVS. D. IX. DEC. MDCLXXXVII. Protome Regis coronati, paludati, pectore tenus.

PANNONIA READOLESCENS. Virgo Pannoniam repraesentans, inque cespite sedens, dextra manu maturum papaver carpit, sinistra cornucopiae tenet. Juxta est porta triumphalis, cujus frontispicium exhibet Arcem Budensem OFFEN inscriptam, ac laurea cinctam, supra quam pendet corona inter duos palmae, et lauri ramos. A dextris affixa est columnae parmula coronata, continens monogramma Josephi, a sinistris occurrit alia parmula aeque coronata, complectens Insignia Regni Hungariae. In circulo demum exteriore legitur: AVSTRIA VICTORIIS GRAVIDA PARIT REGES. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. Ibidem N.* 3.

6. DIE SEGEN KOMEN AVF DAS HAVPT IOSEPHS. *Gen.* 49. Protome Josephi, sinistrorsum conversi, ad pectus cum aureo vellere, inter

duos angelos advolantes, quorum unus sceptrum cum tribus coronis, alter hastam cum tribus laureis supra ejusdem Caput attollunt. DO IOSEPHO PARTEM QVAM TVLI DE MANV HOSTIS IN GLADIO. GEN. 48. Infra: IosephVs prIMVs In InferIorI atqVe sVperIorI hVngarIa reX pIVs aVgVstVs archIDVX aVstrIæ. In imo: L. G. L. Imperator Leopoldus laureatus, palliatus, loricatus, stans, dextera manu coronam Hungariae imponit filio suo Josepho adstanti cum hasta, et globo crucigero. In area Numi conspectus Arcis, et civitatis Posoniensis a tergo Leopoldi M. addito nomine PRESBVRG. et retro *Josephum* Buda cum parte Danubii in prospectu, ubi et vocabulum OFEN legitur. Circulus exterior habet biblicum hunc textum: DABO IOSEPHO ET SEMINI EIVS TERRAM HANC IN POSSESSIONEM SEMPITERNAM. GEN. 48. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Tab.* 48. *Jos. I. N.* 4.

7. Alius praecedenti similis, sed cujus exterior circulus germanicam habet hanc inscriptionem: ICH WILL DIS LAND ZV EIGEN GEBEN DEN SAMEN IOSEPHS NACH IHM EWIGLICH. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.*

8. Alius similis *ex aere*, sed cujus circulus exterior caret inscriptione.

9. IOSEPHVS I. D. G. HVNGARIÆ REX ARCHIDVX AVSTRIÆ. CORONATVS A. 1687. D. 9. DECEM. Protome laureata Josephi, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum spectantis; infra

quam legitur: DOMINE SALVUM FAC REGEM. PS. XIX. †

Tres coronae totidem columnis super impositae, et totidem scuta iisdem in medio affixa, videlicet Imperii Romano-Germanici, Hungariae, et Bohemiae, addito lemmate: SUBINDE SEQUANTUR. In pavimento occurrit MB. id est: *Martin Brunner*. In Circulo exteriore, seu in dorso Numismatis: IOSEPHUS PRIMUS REX TRADITA SCEPTRA PROPAGAT. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 5. Elegans.

10. IOSEPH DER I. KÖNIG IN HUNGARN. Protome capite nudo, ad pectus cum aureo vellere.

GEKRÖNT IN PRESBURG. 1687. DEN 9. DEC. Scutum Regni Hungariae coronatum, ac torque aurei velleris circumdatum. In exteriore circulo legitur: DIE LIEB DER FREUND MACHT FURCHT DEM FEIND. *Arg. pond. tetradr. Ibidem N.* 6. Elegans.

11. Alius similis, sed in circulo exteriore est latina inscriptio: AMORE ET TIMORE.

12. Alius praecedenti similis, sed in quo circulus exterior est glaber. *Aereus.*

13. Antica, uti N. 10. In aversa parte: AMORE ET TIMORE. Ensis laureatus. *Arg. pond. drach. Tab.* 49. *Jos. I. N.* 20.

14. IOSEPH DER I. KÖNIG IN HUNGA. Protome Regis capite nudo, ad pectus cum aureo vellere.

HIC ELECTUS MEUS. Manus de caelo protensa tenens sceptrum et coronam. *Arg. pond. drach. perforatus. Tab.* 49. *Jos. I. N.* 21.

b) *In memoriam Coronationis Eleonorae in Imperatricem, et Josephi I. in Regem Romanorum anno 1690. Augustae Vindelicorum praesente Imp. Leopoldo M. peractae.*

15. In duabus parmulis, quas Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata ex utriusque capitis rostro pendentes sustinet, a dextris est Protome Imperatoris laureati, paludati cum inscriptione: LEOPOLDVS MAG. ROM. IMP. PP. a sinistris vero effigies Eleonorae Augustae pectore tenus adumbratae cum inscript: ELEONORA MAGD. THER. L. M. VX. III. Circa haec in margine legitur: IN MEM. CORON. ELEON. MAGD. THER. AVG. MATR. ET IOSEPH. I. AVG. FILII. AVG. VIND. 19. ET 26. IAN. 1690.

In medio Aversae parmula exhibens effigiem Josephi laureati, aureoque vellere ornati, pectore tenus, cum inscriptione: IOSEPHVS I. D. G. ROM. ET HVNG. REX. circumdatur aliis septem parmulis, quae totidem Electorum effigies pectore tenus expressas continent, additis eorundem nominibus, videlicet 1) ANSELMVS FRAN. EL. MOG. 2) IOH. HVGO EL. TREV. 3) IOSEPH CLEM. EL. COLON. 4) MAX. EMAN. EL. BAVAR. 5) IOH. GEORG. III. EL. SAX. 6) FRID. III. EL. BRAND. 7) PHIL. WILH. EL. PAL. RH. Circulus exterior hanc offert perigraphen: PRINCIPIBVS IOSEPH PLACET OMNIBVS VNVS. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.* Elegans.

c) *Alia Numismata ejusdem anni* 1690. *quae Josephi I. in Regem Romanorum coronati memoriam conservant.*

16. LEOPOLDVS ET IOSEPHVS D. G. IMPER. ET REX. ROM. Effigies amborum, capitibus laureatis, jugatis, pectore tenus. Infra: P.H.M. *Philipp. Heinrich Müller.*

NEC RABIDÆ SOLIS TÆDÆ NEQ. CORNVA LVNÆ TERRENT, QVIN PIGNVS GENEROSVM DVCAT AD ALTA. Aquila contra Solem volans cum pullo, quem ex nido in rupe conspicuo eduxit. Infra solem occurrit luna, nubes, et silva. In exteriore circulo legitur: IMPERIVM DVPLO LEOPOLDVS SOLE SERENAT. A. 1690. et F. K. sub clausula, id est: *Fridrich Kleinert. Arg. figurae ovalis, pond.* 3½ *Semunc.* Elegans.

17. VIDETE REGEM IN DIADEMATE IN DIE LÆTITIÆ CORDIS SVI. CANT. 3. Protome adversa Josephi coronati, habitu Regis Romanorum proprio.

DABO TIBI VT NVLLVS FVERIT SIMILIS TVI. 2. PARAL. 1. Josephus coronatus, palliatus, flexis super culcitra genibus, manibus caelum versus elevatis, junctisque, illustratur radiis divinitatis per triangulum adumbratae. In exteriore circulo scriptum: DEVS PATRIS TVI ERIT ADIVTOR TVVS ET BENEDICET TIBI. GEN. XLIX. 25. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc.* Elegans.

18. IOSEPH. I. D. G. ROM. ET HVNG. REX. Protome Josephi laureati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra: G. H. *Georg Hautsch.*

CORON. REX ROM. D. 26. IAN. A. 1690. AVG. VIND. Palatium, in quo supra mensam in culcitra est corona, sceptrum, et ensis, et pomum Imperii. In circulo exteriore legitur: AMORE. ET. TIMORE. *Arg. tetradr. Deauratus.* Elegans.

19. IOSEPH9. D. G. ROM. GER. HVN. REX. Hujus Protome, ad pectus cum aureo vellere.

Corona Imperii Romano-germanici inter duos palmae ramos, infra quam legitur: CORONAT9 XXVI. IANV. MDCXC. Infra strobilus urbis Augustae Vindelicorum. *Aur. simplex.*

20. AMORE ET TIMORE. Ensis laureatus, et supra hunc Oculus divinae providentiae spargens radios.

Corona Imperii germanici a duobus Angelis sustentata, infra quam legitur: IOSEPHVS REX VNGARIÆ CORONATVS IN REGE ROMANORVM. AVGVSTAE DIE 26. IANV. 1690. *Arg. pond. drachm.*

21. IOSEPHVS I. REX HVN. ROM. *sic.* Protome Josephi laureati, paludati, loricati.

1690. Aquila monocephala coronata, alis expansis, habens in pectore scutum bipertitum, in quo a dextris est crux duplex Hungariae, a sinistris fascia Austriae. *Arg. pond.* 38. *gran.*

22. IOSEPHVS ROM. REX. Hujus caput laureatum, ad pectus cum paludamento.

AMORE ET TIMORE. Ensis laureatus infra oculum divinae providentiae, cujus radiis illustratur. *Arg. pond.* 40. *gran.*

23. IOSEPHVS. D. G. ROMANORVM ET HVNGARIÆ REX. Protome Josephi laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra sunt duae aquilae rostris tenentes velum expansum cum hac epigraphe chronographica: VIVAT IosephVs! teVtonIæ reX et DeLICIVM. In area occurrit numerus 402. nigricante colore adscriptus.

Pars aversa exhibet quatuor figuras: videlicet Josephum parvulum, romano more indutum, cui Germania, specie Matronae stolatae, palliatae, et aquila bicipite insignitae, coronam imponit, adstantibus aliis duabus matronis, Hungariam, et Bohemiam repraesentantibus per clypeos, Insignia horum regnorum referentes. Juxta est Thronus, et mensa, cui incumbit corona Hungariae jam prius obtenta; tertia corona Bohemica remanente adhuc in manibus ipsius Regni Bohemiae. Supra legitur: IN PROLEM TRANSGVRRIT GLORIA PATRVM. Infra vero: INAVGVR. AVGVSTÆ VINDELIC. D. 26. IAN. MDCXC. in imo margine: P. H. M. In exteriore praeterea circulo: IosephVs GerMAnIæ et HVngarIæ reX. AVGVsta LeopoLDI spes et Vera GLorIA (P. H.) *Arg. pond.* 2¼ *Semunc.* Elegans.

24. IOSEPHVS REX ROM. Caput nudum Josephi, pectore tenus, in parmula, quae adpensa

est arbori palmae, tribus coronis ornatae, stantique in medio horti, palatio, statuis, arbusculis, fontibusque salientibus decorati. Circa marginem legitur: FILIVS ACCRESCENS IOSEPH & DECORVS ASPECTV SEDIT IN FORTI ARCVS EIVS.

In Aversa: Rex Josephus sedens in throno, aquila bicipite insignito, adoratur a Cynthia, inter sex frumenti manipulos genuflexa. Perigraphe est: SCILICET HVNC VIVVS CERERIS QVOQVE PARTVS ADORAT. CVMQVE SORORE OLIM CYNTHIVS IPSE COLET. In exteriore demum circulo scriptum est: NON AMBITV ARMATO, SED IVSTITIA MAIORVM CORONANTVR POSTERI. (F. K.) *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.* Elegans.

d) *Ob Connubium Josephi I. cum Amalia Lunaeburgica celebratum anno* 1699.

25. IOSEPHI ROM. ET HVNGA. R. CVM AMALIA LVNÆB. CONNVBIVM. 1699. IN VNA SEDE MORANTVR MAIESTAS ET AMOR. Rex Josephus I. cum Amalia Lunaeburgica junctis dexteris consistentes ante aram, advolante Cupidine cum duabus taedis accensis. In ara sunt supra coronam duo corda flagrantia ante pectus Aquilae, alas extendentis inter duas statuas allegoricas, Majestatis, et Amoris.

BELLORVM REQVIES ET SACRA VOLVPTAS. Marti, per advolantes duos Cupidines, clypeo et galea spoliato, Venus offert dextera manu

ramum olivae, sinistra tenens spiculum. Infra sunt duae taedae in decussim positae cum inscriptione: MARTI PACIFERO. VENERI FELICI. et literae P. H. M. artificem numismatis indicantes: *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. Tab.* 48. *Jos. I. N.* 7.

26. Alius huic similis, sed in cujus circulo exteriore, seu dorso, accedit haec perigraphe: IOSEPHO ET AMALIÆ THORVS EX VOTO SIT FAVSTVS ATQVE FOECVNDVS. *Arg. pond.* 2. *Semunc. prox.*

27. NIL VIGET QVICQVAM SIMILE AVT SECVNDVM. Infra: IOSEPHVS ET WILHELMINA AMALIA D. G. ROM. REX. ET REGINA. Duo capita sese respicientia, Josephi laureatum, ad pectus cum aureo vellere, et Amaliae ornatum unionibus.

DVPLICEM CYTHEREA CORONAM DONAT. Infra: MDCXCVIIII. et literae P. H. M. Mulieri gradienti Cupido advolans offert duas coronas. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc.*

In alio simili accedit Circuli exterioris haec perigraphe: NON DEFICIET EX TE VIR QVI SEDEAT SVPER THRONVM ISRAEL. II. PAR. 6.

e) *Ob nativitatem Archiducis Leopoldi ex hoc Conjugio, Anno* 1700.

28. FORTIBVS. ET. BONIS. Infra: LEOPOLD. N. 29. OCT. 1700. Quinque laureolae colligatae, in quibus totidem sunt Capita, videlicet Leopoldi Magni, et Eleonorae, tum Josephi I. et Wilhelminae Amaliae; infra quae est

quintum minoris formae, exhibens caput Archiducis recens nati.

IMPERIVM TERRIS ANIMOS ÆQVABIT OLYMPO. Globus terraqueus, supra quem aquila stans alis expansis, orientem solem intuetur. In imo segmento legitur: SPES PVBLICA. *Arg. pond.* 1⅓ *Semunc. Ibidem N.* 8.

29. In alio simili accedit pro perigraphe circuli exterioris sequens Virgilii versus: CHARA DEVM SOBOLES MAGNVM IOVIS INCREMENTVM. VIRG. E. IV. V. 49. *Arg. ejusd. ponderis.*

30. LEOPOLDO M. IMP. NEPOS, IOSEPHO R. REG. FILIVS NATVS 29. OCTOB. 1700. Genius alatus genuflectens puerulum recens natum, ex cunis acceptum, contemplatur. Cunae ornantur Aquilis et scuto coronato Austriae. Accedit marginalis inscriptio: IN PROLEM TRANSCVRRIT GLORIA PATRVM.

FOECVNDITATE AVGVSTAE. Puerpera in thalamo, capitibus alatis geniorum ornato, recubans, puerulum fasciis involutum ostentat. Infra est epigraphe: IMPERII SECVRITAS, AVSTRIÆ GLORIA, TEMPORVM FELICITAS PROPAGATA. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 9.

31. IMP. LEOPOLDVS P. P. AVG. IOSEPHVS ROM. ET HVNG. REX. Amborum capita laureata sese respicientia, infra quae in circulo granulato figura nuda infantis super culcitra sedentis utraque manu extensa, et inscriptio: SPES PVBLICA.

SAECVLVM NOVVM. In medio, inter duos palmae, et lauri ramos Corona quercina, cui inscriptum.: PRO SALVTE IMP. ET CAES. VOTA PVBLICA. et in imo Numi segmento: S. P. Q. NORIMB. A. ☧ MDCC. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* *Ibidem N.* 10.

f) *Ob receptam Landaviam Anno* 1702.

32. IOSEPHVS D. G. ROM. ET HVNG. REX. Protome adversa Regis loricati, magno cum capillitio, ad pectus cum aureo vellere.

ARMORVM PRIMITIAE. Infra: LANDAVIA RECEPTA D. 10. SEP. 1702. Conspectus Landáviae globis ignitis expugnatae. In exteriore circulo legitur: LEOPOLDE: NVNC TE PROLE TVA IVVENEM GERMANIA SENTIT, BELLAQVE PRO MAGNO CÆSARE CÆSAR AGIT. *Arg. pond.* 2. *Semunc. prox.* Elegans.

g) *Ob ereptam Gallis Insulam Flandriae urbem anno* 1708.

33. INSVLA FLANDR. GALLIS A FOEDERATIS EREPTA. INDEFESSA VIRTVTE INVICTISSIMI EVGENII SAB. PRINCIPIS MDCCIIX. Victoria stans super clypeo gallico dextra tenet palmam, sinistra coronam muralem imponit mulieri humi sedenti.

SPES HOSTIVM PERTERRITORVM PRAECISA. PRVDENTIA FORTISS. DVCIS MARLEBVRG OBSIDIONEM INSVLANAM PROTEGENTIS. Pallas, armata sedens in congerie armorum, dextra

clypeum Medusae capite insignem objicit prostrato Duci gallico, sinistra hastam tenet, cubito innixa dolio pulveres pyrios continenti. *Numisma ex aere fusum, deauratum, magnitudine Thaleri.*

h) *Tornaco recepto, et pacis negotio inchoato, Anno* 1709.

34. VLTIMVM OPVS MARTIS CETERA PACIS ERVNT. Ichnographia urbis Tornaci.

DOMINE DIXERVNT: PAX ERIT VOBIS, ET ECCE PERVENIT GLADIVS VSQVE AD ANIMAM. Gallia Reginae habitu sedens ad conspectum fulminum de caelo in castellum turritum ruentium consternata manus complicat. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

35. QVEM DAS FINEM REX MAGNE LABORVM. Gallia specie Reginae expostulans cum Ludovico XIV. stante in throno, figuris Invidiae, Odii, et Furoris circumdato.

CYLLENIVS HÆRET ET COELVM MARS SOLVS HABET. Astronomus Regi ostendens sidus Martis, Mercurio ad occasum vergente. *Arg. pond.* 2. *Semunc. prox.* Elegans.

i) *Pace inita cum Pontifice Romano A.* 1710.

36. IOSEPHVS D. G. R. I. S. AV. GE. HV. B., REX. Protome Josephi paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra axillam: P. H. M. In area numerus 444. adscriptus.

ALBANI IN. FRATRES SE FLECTIT SIDVS AMORIS. Tria Scuta coronata, medium Clementis XI. Albani, a dextris Imperatoris Romani, a sinistris Regís Hispaniae: Supra quae fulget Sidus Veneris: infra est: ITALIAE TRANQVILLITAS. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

k) *Numi exequiales A.* 1711.

37. IOSEPHVS D. G. ROM. IMPERATOR. Protome paludata, loricata Josephi, capite corona radiata cincto, ad pectus cum aureo vellere. P. H. M.

A FOVEA AD GLORIAM. Urna sepulcralis, in cujus latere ensis et ramus olivae in decussim positi, in apice vero Corona Imperii, supra quam Fama volans manu dextra gerit tubam, sinistra Schedam, cui inscriptum est: CAESAREM VEHO. Infra urnam legitur: MORS ET AETERNITAS IOSEPHI. *pond.* 2½ *Semunc. Tab.* 48. *Jos. I. N.* 11.

38. IOSEPHI EXTREMVM ABSOLVIT LEONORA LABOREM. Infra: HVNGARIA RECEPTA. MDCCXI. Imperatrix coronata sedens in throno cum hasta pura, manu altera porrigit ramum olivae Mulieri genuflexae, Hungariam repraesentanti per Insignia hujus Regni.

Pars aversa est eadem, quae in praecedente. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 49. *Jos. I. N.* 12.

39. PACEM RELINQVO VOBIS. Infra: MORTEM IOSEPHI. I. IMP. ET REGIS 17. *April.* MDCCXI. SECVTA PAX. HVNGARIAE. Imperator Josephus sedens

sedens in nubibus, capite radiato dextra vacua elevata, sinistra sceptrum gerit, sub nube segmentum globi terraquei, in quo ex vocabulo HVNGARIA postremae tantum tres literae occurrunt, columba cum olivae ramusculo huc advolante.

Pars aversa exhibet Josephum patriarcham, Aegypti Pro-Regem, ex editiore loco fratres suos adloquentem. Infra legitur: GENES. XLV. 24. In margine autem est Maronianus hic versus: ILLE REGIT DICTIS ANIMOS ET PECTORA MVLCET. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 13.

B) *Monetae Josephi I. usuales, Aur. Arg. et nonnullae cupreae obsidionales.*

a) *Aurei.*

1. IOSEPHVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, et aureo vellere ornatus, sinistrorsum spectans, d. sceptrum, s. pomum Imperii. In area: K. B.

AR. AV. DV. BV. M. MO. CO. TY. 1709. Deipara coronata, nimbata, radiis undique cincta, d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum, tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung. *Aur. simpl. Ibidem N.* 16.

2. IOSEPH. D. G. et reliqua omnia, ut in praecedente, idem quoque annus. *Aur. simpl.*

3. IOSEPH. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Imperator stans coronatus cum attributis supra descriptis. Siglae: K. B.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1710. Deipara coronata, nimbata, sedens in circulo radiato, d. gerit sceptrum, s. Jesulum aeque coronatum, et nimbatum, tenentemque globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung. *Aur. simpl.*

4. Alius huic similis, sed anni 1711. *Aur. simpl.*

5. PATRONA R. HVNG. 1711. Deipara sedens cum attributis N. 3. descriptis. Infra est parmula coronata hungariae inter Siglas K. B.

IOSEPH D. G. R. I. S. AVG. Caput laureatum. *Sextula unius Aurei simplicis. Ibidem N. 17.*

6. IOSEPHVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. Caput laureatum, infra quod $\frac{1}{12}$ in parmula.

ARCHID. AV. DV. BVR. SILE. 1706. Aquila biceps coronata sceptro, et ense armata, habens in pectore scutum Austriaco-Burgundicum. $\frac{1}{12}$ *pars aurei simplicis. Rar. ob exiguit.*

b) *Moneta argentea. Thaleri integri et semisses.*

1. IOSEPHVS. *icuncula Mariana, solitis cum attributis.* D. G. R. I. S. AV. GE. *scutulum coronatum Hungariae.* HVN. B. REX. Protome Josephi laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID. AV. DV. BV. MAR. MOR. CO. TY. 1708. Aquila biceps coronata, nimbata, ense sce-

ptroque armata, alis expansis, habens in pectore scutum ovale coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt insignia Hungariae tantum cum parmula Austriaca in medio posita. Siglae C. H. et infra: COS. H. sub clausula. *Arg. Thal. Tab.* 49. *Jos. I. N.* 14.

2. IOSEPHVS. *icuncula Mariana.* D. G. R. I. S. A. G. *scutulum coronatum Hungariae.* H. B. REX. Protome laureata, paludata, loricata, cum torque aurei velleris.

ARCHID: AV: DVX: BV: MAR. MO. CO: TYR: 1710. Aquila biceps nimbata, coronata, ense sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hungariae, et Bohemiae cum parmula Austriaco-Burgundica in medio. Siglae: K. B. *Arg. Flor. Rh. Ibid. N.* 15.

3. Alius huic similis, sed anni 1711. ubi numerus penultimus 1 est Zero inscriptus. *Arg. Fl. Rh.*

c) *Minor moneta arg. Grossi tricruciferi, polturae.*

1. PATRONA HVNGARIÆ. 1711. Deipara coronata, nimbata, radiis undique cincta, d. tenet Sceptrum, s. Jesulum nimbatum. Sub pedibus luna; infra hanc parmula coronata Hungariae inter alias duas parmulas P. et W. inscriptas. In area C. H.

IOSEPHVS D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Protome laureata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. Infra est numerus 3. sub clausula. *Arg. gross. Tab. 49. N. 22.*

2. Alius anni 1706. praecedenti similis, sed in parmulis, scutulo Hungarico infra iconem Marianam junctis, aliae sunt siglae, nempe C. et monogramma. *Arg. gross. tricrucifer.*

3. Alius anni 1708. similis praecedenti. *Arg. gross. tricrucif.*

4. IOSEPH. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum aureo vellere.

Effigies Mariana cum sceptro et Jesulo, inter P. H. id est. *Patrona Hung.* Infra legitur: POLTVRA. 1709. *Arg. pond.* 14. *gran. perforat.*

5. Alia similis poltura argentea anni 1711. *pond.* 17. *gran. Ibidem N.* 23.

d) *Monetae cupreae pro Magno Varadino tempore obsidionis procusae.*

1. PRO NECESSITATE VARAD. sine figuris.

Magnum I. coronatum, et annus 1706. *Aereus. Tab.* 49. *N.* 24. R.

2. IN NECESSITATE VARADIENSI. Intra circulum.

Magnum I. coronatum, et annus 1708. *Ibidem N.* 25. R.

3. Circulus, in quo nominis Josephi prima litera est sub Corona, inter C. et W. et ann. 1710. *Nummulus aereus heterotypus, parte aversa vacua. Ibidem N.* 26. R.

XLVIII.

CAROLI VI. ab A. C. 1711. ad 1740.

Numi memoriales, et monetae currentes, Aur. Arg. Aer.

A) *Numi historici serie chronologica ab Anno 1707. ad 1740.*

a) *Ob* ELISABETHAE *Brunsvicensis*, CAROLO VI. *desponsae, conversionem ad Fidem Catholicam, ejusdemque profectionem in Hispaniam A. C.* 1707.

1. ELISABETHA CHRISTINA PRINCEPS BRVNSV. ET LVN. Caput pretiosis monilibus ornatum, sinistrorsum spectans.

COETVM NON NVMINA MVTAT. Infra: BAMBERGAE MDCCVII. I. MAI. Princeps Elisabetha, inter duas aras thure fumantes dextrorsum conversa, stans, hanc thuribulo incensat. Supra est nomen Jehova literis hebraicis exaratum ac radiis circumdatum. In exteriore circulo legitur: IN OMNI GENTE QVI TIMET DEVM ET OPERATVR IVSTITIAM ACCEPTVS EST EI. ACT. X. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 50. *N.* 1. Elegans.

2. Nomen, titulus, et Caput Elisabethae, ut in praecedente.

VOCAT AVSTER IN ALTVM. Infra: DATA VELA NOTIS. MDCCVII. D. XIX. APR. Navis velifera ex portu in altum provecta. In area nubecu-

lae. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. ibidem N.* 2. Elegans.

b) *Ob* CAROLI VI. *reditum ex Hispania, ejusdemque coronationem in Germania A. C.* 1711.

3. IMP. CAES. CAROLVS. VI. AVG. P. FEL. P. P. Protome Caroli laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra: *Richter* nomen artificis.

LVSTRATIS TERRA MARIQVE FINIBVS. Infra: FORTVNA REDVX MDCCXI. Imperator laureatus, paludatus, gladio praecinctus stans, dextro pede navi imposito, manu sinistra globum cum stante desuper phaenice, et pendulo aurei velleris torque tenet, dexteram vero extendit ad accipiendam Germaniae coronam, quam sibi Fortuna sub schemate Mulieris offert, rotam globumque gubernaculo, quod altera manu gerit, promovens. *Arg. pond.* 3½ *Semunc. Ibidem N.* 3. *Numisma nitidissimi operis, optimique gustus.*

4. DONEC LVX ALTERA SVRGAT. Infra: DVRANTE S. R. IMP. INTERREGNO. In medio Conspectus maris, solisque occidui. In litore tessellato horologium Solare supra basim quadratam, cujus lateri inscriptus est annus MDCCXI. prope est columna, eminus vero nonnulla aedificia conspicua.

Pars aversa est monepigrapha, in qua haec leguntur: APRICA HÆC MODES, DVM SOL NITET, INDICAT HORAS, MVTA SED IN TENEBRIS SOLE

CADENTE IACET. PAR NOX IMPERII, DONEC LVX ALTERA SVRGAT: SED CITO AB HESPERIIS LVX REMEABIT AQVIS. ÆQVORE AB OCCIDVO IAM VENTVRVS AD AVSTRVM CAROLVS IMPERIO SOL REDIVIVVS ERIT. VANA TVVM POSTHAC NE IACTES GALLIA SOLEM: SOL GERMANORVM SVRGET, AT ILLE CADET. *Arg. pond.* $2\frac{1}{2}$ *Semunc.* Elegans.

5. CONSTANTIA ET FORTITVDINE. Globus terraqueus nubibus circumfusus.

Corona Imperialis supra pomum Imperii, sceptro, ensique decussatis imposita, et infra haec epigraphe. CAROLVS HISPANIAR: HVN: ET BOHEM: REX. A: AV: ELECTVS IN REGE ROMAN: CORONATQ FRANCOF: 22. DEC. 1711. *Arg. pond.* 2. *Semunc.*

6. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento.

TE HABET ILLA SECVNDVM. VIRO. Infra: ELECTVS 1711. Germania coronata, palliata, stolata stans innixa scuto, aquila bicipite insignito, dextera offert in culcitra sceptrum et Coronam Imperii advenienti Carolo VI. coronato, palliato, aureoque vellere ornato. *Arg. pond.* $1\frac{1}{4}$ *Semunc.* Elegans.

7. MAGNO SEXTVS TAMEN ISTE SVPERBIT NOMINE. PRÆTERITIS MELIOR. VENIENTIBVS AVCTOR. Infra: CORONAT. FRANCF. MDCCXI. Germania coronata stans in horto statuis ornato, dextera elevata tenet coronam Imperii, sinistra tangit clypeum, in quo sculptum est Caput laurea-

tum cum inscriptione: CAROLVS VI. SVPEREMINET OMNES. In superiore area tres parmulae a totidem Angelis sustentatae, radiisque de coelo venientibus illustratae, continent Capita trium Carolorum, Magni videlicet, Quarti, et Quinti cum inscriptionibus: CAROLVS I. HIC MAGNVS. CAROLVS IV. SAPIENS. CAROLVS V. VICTOR.

Pars aversa exhibet partem Zodiaci, in cujus medio Phoebus dextra tenet bilancem, addito lemmate: OMNIBVS IDEM. Infra est: hemisphaerium globi terraquei, in quo legitur: GERMAN. ITAL. HISPA et in imo: CAROL. VI. IMP. NATVS AEQVINOCTIO. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.* Elegans.

8. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HISP. HVNG. & BOH. REX. Protome Caroli laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere.

VENIT AB OCCASV VICTOR NVNC TENDIT AD ORTVM. Aquila biceps coronata duabus diversae formae coronis, sceptrum et ensem gerens, volansque contra solem orientem. *Arg. pond.* 1⅝ *Semunc.*

9. Nomen, et tituli Caroli Sexti, hujusque caput in parmula principem locum obtinente, quam circumdant sex aliae parmulae connexae, in quibus sunt totidem Electorum Imperii Capita, cum nominibus, ac titulis singulorum.

VNA CORONA COR VNVM. Aquila biceps, nimbata, dextro pede tenens sceptrum et ensem, sinistro pomum crucigerum Imperii, inter alas vero expansas habens coronam Imperialem supra con, cui inscriptum est: CAESARI ET IMPERIO. Infra legitur: CORONATIO OPT. PRINC. MDCCXI. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.* Elegans.

10. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HISP. HVNG. & BOH. REX. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. In brachio: P. H. M.

A IOVE ET IMPERIO FATIS VOTISQVE PETITVS. MDCCXI. Aquila biceps coronata, alis expansis, dextro pede fulmen, s. sceptrum gerens, circumdata septem parmulis Electorum Insignia continentibus, supra quae occurrit triangulum radians, divinae providentiae Symbolum. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.* Elegans.

11. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMPERATOR. Protome Imperatoris coronati, palliati, stolati.

CONSTANTIA ET FORTITVDINE. Infra: CORONAT. FRANCOF. MDCCXI. Globus terraqueus nubibus circumfusus. *Stann. magnitudine fl.*

12. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. G. H. & B. REX. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere.

DIVORVM CAROLO DEDIT HOC CONCORDIA POMVM. MDCCXI. Pomum crucigerum Imperii super culcitra. *Stann. magnit.* ½ *fl.*

c) *Numismata Coronationis Hungaricae, anno 1712. peractae.*

13. Litera C septem coronis cincta, radiis quaquaversus sparsis, solis instar, cum inscriptione: NON OCCIDIT VSQVAM. Infra quam est globus terraqueus sua cum atmosphaera, et hoc Symbolo: CONSTANTIA ET FORTITVDINE. Accedit epigraphe: CIRCVMFVSO PENDEBAT IN AERE. OVID. MET.

Pars aversa exhibet Regem Carolum in Regio apparatu Hungarico insidentem Equo, et gladio evaginato consuetas post coronationem caerimonias peragentem. Inscriptiones sunt sequentes. FERRVMQVE TENEBAT HOC IPSE AEACIDES. OVID. MET. Et paullo infra: CORONATVS IN REG. HVNG. POSONII. 1712. Superior vero marginalis epigraphe ita habet: HVNG: ET HISP: REX CAROLE TERTIVS AVDIS: HVNG: ET HISP. CREDO SECVNDVS ERIS. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. Tab. 50. Car. VI. N.* 4.

14. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HISP. HVNG. & BOH. REX. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. In brachio: G. W. V.

TVTA EST TOT IVNCTA CORONIS. Quatuor coronae, Imperialis, Hispaniae, Bohemiae, et Hungariae, una cum scuto suo, utrumque Regni Insigne continente. Arg. pond. 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 5. Elegans.

15. IMP. CAES. AVG. CAROLVS VI. Caput laureatum.

Corona Hungariae, a duobus angelis sustentata, et epigraphe: CAROLVS. VI. D. G. ELECT9 ROM: IMP: S: AVG: GER: HISPANIAR: HVNG: BOHEM: &C. REX. A: AVST: CORONATVS POSONII. 22. MAII. MDCCXII. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 6. Elegans Richteri opus.

16. CAR. VI. R. I. S. A. REX CATH. ET APOST. COR. POSON. MDCCXI. Protome Caroli hungarica et corona, et vestitu conspicui, ad pectus cum aureo vellere.

Corona Hungariae imposita sceptro, et gladio hungarico decussatis, et Epigraphe: IMP. CAR. VI. FELICITATIS CAR. VT IN IMP. R. ITA IN HVNG. RESTITVTOR CORON. MDCCXII. *Arg. pond.* ½ *Semunc. Ibidem N.* 7.

17. CAR. VI. et reliqua omnia, ut in Antica praecedentis.

FORTITVDINE ET CONSTANTIA. Aquila, Phaenicis instar, capite radiato, alis expansis, ense, sceptroque armata insistens globo, quatuor fasciis hungaricis insignito, et monogrammate nominis Carolini, cum corona desuper. Infra legitur: FELIX TEMPORVM REPARATIO. *Arg. pond. didrachm. Ibidem N.* 9.

18. Corona Hungariae, et inscriptio: CAROLVS. VI. ROM. IMPER. S. A. GER. HISPAN. HVNG. BOH. REX. A. AVST. CORONAT9 POSON. 22. MAY. 1712.

CONSTANTIA ET FORTITVDINE. Globus terraqueus cum atmosphaera sua. *Aur. pond.* 1¼ *Ducati. Tab.* 51. *Car. VI. N.* 12.

19. Alius similis. *Aur. pond.* ¼ *Ducat. Ibidem N.* 13.

20. et 21. Alii duo praecedentibus similes, ejusdem magnitudinis, sed *argentei. Ibidem.*

d) *Numi eod. anno 1710. oblati Imp. Carolo VI. ab Archiducatu Austriae occasione praestiti fidelitatis Sacramenti.*

22. IMP. CAES. CAROLVS. VI. AVG. P. FEL. PP. Protome laureata, paludata. Infra: *Richter.* TANTO DVCE ET AVSPICE TANTO. Hercules hydram calcans, eandemque admota face ardente exurens, altera manu Mulieri coronatae sedenti, atque Austriam, cujus Scuto innititur, repraesentanti offert cornucopiae. Inferius legitur: FELIX AVSTRIA SACRAMENTO FIDELITATIS OBLIGATA. 8. NOVEM. 1712. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

23. CAROLVS VI. D. G. R. I. S. A. G. H. I. H. B. R. ARCHIDVX AVSTRIÆ. Protome Caroli laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. In brachio. G. W. V.

OPTATVM AD PORTVM APPELLIT SPIRANTIBVS ISTIS. Navis velifera, cujus puppi inscriptum; BONO PATRIÆ. et in cujus velo expanso sunt Insignia Austriae superioris, ingrediens portum magnifico ornatum palatio. In superiore area inter nubeculas adspirant quatuor venti, totidem Ordines Archiducatus Austriae exhibentes capitibus partim infulatis, partim coronatis, alatisque. In litore stant binae mu-

lieres cum cornucopiae, et in mole quadrata legitur: IN HON. 4. ORD. ARCHID. A. SVP. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

e) *Ob restituta eod. ann.* 1712. *solemnia Ordinis Equitum aurei velleris.*

24. CAES: AVG: CAROL: VI. PLVR. VTR. ORB. PROVIN. REX. Protome laureata, paludata, loricata. Infra: WAROV.

MORIBVS ANTIQVIS. Magnus Magister Ordinis Equitum aurei velleris Equo, dextrorsum lente progredienti, insidens, amictu huic Ordini proprio, dextera paulum elevata, et extensa ritu pacificatoris. In imo legitur: AVITI. ORDINIS. EQVITVM. TORQVATOR. AVR. VELL. SOLEMNIA. RESTITVTA. VINDOB. 1712. 30. NOV. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

f) *Numisma votivum Vindobonae in adventu* ELISABETHAE *Augustae anno* 1713.

25. ELISABETHA CHRISTINA AVGVSTA CAROLI VI. IMP. Protome Augustae, pectore tenus.

REDDE DIEM. Sidus Veneris Solem orientem praecedens, et globi terraquei segmentum, sub quo legitur: VOTA PVBL. VINDOB. IN ADVENTV AVGVSTAE. XI. IVL. MDCCXIII. *Arg. pond.* 3. *Semunc.*

g) *Numi coronationis Elisabethae in Reginam Hungariae, Anno* 1714.

26. ELISAB. CHR. AVGVSTA. IMP. CAR. VI. REG. HISP., HVN. BOH. Protome Reginae pretiosis monilibus ornatae, sinistrorsum conversae. Infra axillam: *Warou. f.*

AVGVSTA ITERVM ET TERTIVM. Infra: DIADEMATE R. HVNG. IMPOSITO. MDCCXIIII. W. Imperatrix sub schemate Veneris, in curru, a duabus columbis tracto, supra nubes vecta, habensque in sinu tria poma totidem Regnorum, dextera manu gerit sceptrum, in cujus apice est aquila, sinistra vero demissa clypeum capite Medusae insignem, cui ex adverso Genius alatus, in nube genuflectens, Pavonem ostentat, coronam in collo gestantem, cum praelonga cauda, usque Posonium coronationis locum pertingente. *Arg. pond.* 3. *Semunc. Tab.* 51. *Car. VI. N.* 16.

27. IMP. CAES. CAROL. VI. A. P. F. P.P. Caput laureatum, ad pectus cum aureo vellere. *Richter.*

OCCIDVI DECVS AC ORIENTIS. Sidus Veneris repraesentans Elisabetham Augustam. Infra: CORON. POSON. MDCCXIIII. *Arg. didrachm. Tab.* 50. *Car. VI. N.* 8.

28. ELIS. CHR. AVG. REG. HI. HV. BO. Caput Elisabethae, pectore tenus.

OCCIDVI DECVS et reliqua, ut in Aversa praecedentis. *Arg. pond.* $\frac{2}{3}$ *Semunc. Tab.* 52. *Car. VI. N.* 19.

29. BLIS. CHRIST. AVG. HIS. HV. BO. REG. Ejusdem Caput, pectore tenus. Infra: A. D. IANVARIO.

Juno in nube cum pavone; infra quam ad latus arae, supra quam corona cum sceptro culcitrae imposita est, adsidens Genius cum malleo, et scalpro, insculpit: REGNA IOVIS CONIVX. In imo margine duo palmae rami decussati. *Arg. pond. Semunc. Ibidem N.* 18.

h) *De Pace Rastadiensi, Anno* 1714. *facta.*

30. IMP. CAES. CAROLVS VI. AVG. P. FEL. P.P. Protome Caroli laureati, paludati, loricati, sinistrorsum spectantis, obverso dorso. Infra: *Richter.*

PAX AVGVSTI. RASTAD. MDCCXIV. Templum Jani clausum, cujus clavim Miles Romanus pede galeam calcans, et altera manu parazonium tenens, adeoque Virtutem, seu Fortitudinem repraesentans, tradit Deae Constantiae, quae stans ex adverso dexteram, velut acceptura, extendit, et sinistra gerens palmae ramum, cubito innititur columnae. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans. Typus hic alludit ad Symbolum Caroli VI.

31. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Caput laureatum, infra quod stellula.

MEDIIS CRESCEBAT IN ARMIS. Tormentum bellicum, globi, hastae, galea, clypeus, tympanum, et quatuor vexilla humi jacentia, in quorum medio adsurgit arbor olivae. Infe-

rius legitur: PAX RASTADIENSIS. A: MDCCXIIII. *Arg. pond.* 3. *drachm.* Elegans.

32. CONVENERE DVCES PRO PALMIS IVNGERE PALMAS. Duo Duces in armatura veteri romana, sub duabus arboribus Palmis, in congerie varii generis armorum considentes, jungunt dexteras.

IVNGVNTVR IVPPITER ET SOL. Signa Jovis, et Solis, in piscibus Zodiaci. Infra legitur: VI. MARTII. A: MDCCXIIII. PAX RASTADIENSIS. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.* Caelatura nitidissima.

33. SVFFICIT VNVS. Effigies cataphracta Principis Eugenii, stantis cum ramo olivae in manu dextra, et gladio in sinistra, ornati aureo vellere. Sub quo scriptum: EX VTROQVE SVMMVS.

Aversae inscriptio est: GLORIÆ IMMORTALI EVGENII PRINCIPIS VICTORIS PERPETVI NVNQVAM VICTI POSTQVAM DERELICTÆ A SOCIIS PATRIÆ INCREDIBILI PRVDENTIA PACEM FECIT RASTADII ANNO 1714. DIE 6. MARTII. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

i) *Numismata iconica, et symbolica Caroli VI. et Elisabethae Augustae.*

34. CAROL: VI: D. G. R: I: S: A: GE: HI: HV: BO: REX. Protome laureata Caroli paludati, loricati ad pectus cum aureo vellere.

ELISAB: CHRIST: AVGVSTA CAROLI. VI. IMP. Protome Elisabethae Augustae pectore tenus. *Sigla* H. utrobique in brachio, artificem *I. Haag.* notat. *Aureum Numisma pondere* 20. *ducatorum*

ducatorum appendens 4. *Semuncias. Tab.* 51. *Car. VI. N.* 10. Elegans.

35. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GE. HI. HV. BO. REX. Protome Caroli sexti laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra brachium: BECKER.

CONSTANTIA. ET. FORTITVDINE. Globus terraqueus cum atmosphaera sua. *Arg. maximi moduli, ovalis, pond.* 5. *Semunc. Ibidem N.* 11. Elegans.

36. IMP. CAES. CAROL. VI. A. P. P. Caput laureatum. R. *Richter.*

FORTITVDINE ET CONSTANTIA. Corona duabus columnis super eadem basi erectis imposita, quarum una lauri, altera palmae ramo circumvoluto ornatur. *Arg. pond.* ½ *Semunc. Ibidem N.* 14. Elegans.

37. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GE. HI. HV. BO. REX. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. In brachio: BECKER.

CONSTANTIA ET FORTITVDINE. Globus terraqueus cum atmosphaera sua. *Arg. pond.* 1. *Semunc. ovalis. Ibidem N.* 15.

38. ELISABETHA CHR. AVG. CAROLI VI. IMP. Protome ejusdem, pectore tenus. *Richter.*

AD NVTVM DEI. Equus Brunsvicensis, quem manus de caelo protensa froenat. Infra: GENNARO F. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 17. Elegans.

39. CAROL. VI. D. G. RO. IM. S. A. G. H. H. B. R. A. D. A. Imperator stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, sinistrorsum spectans, dextra tenet sceptrum, simulque innititur clypeo, aquila bicipite, in cujus pectore est panthera Styriae, insignito; sinistra extensa gerit pomum Imperii.

CONSTANTIA ET FORTITVDINE. Globus terraqueus cum atmosphaera sua, infra quem est Noctua et Sol situ perpendiculari; indeque incipit sequens perigraphe: CONTINVATVR MDCCXIV. HIS AVSPICIIS. *Aureus pondere unius ducati.*

k) *Numi positorum primorum lapidum sub Columnis votivis, Medlingensi, Badensi, et Viennensi ad Mariae auxiliatricis, Anno* 1714. *et* 1715. *signati.*

40. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HISP. HVNG. & BOH. REX. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra brachium: WESTNER F.

Aversae Inscriptio: ACCIPE SS. TRINITAS COLVMNAM QVAM VOTO DEPRECATORIO TIBI DICAVIT IN CONTAG. VICVS MEDLINGEN. CVIVSQ. PRIM. LAP. POS. IMP. CAES. CAR. VI. GER. HI. HV. BO. REX. &C. MDCCXIV. 21. MAII. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

41. Antica eadem, quae praecedentis.

Aversa est monepigrapha: COLVMNA QVAM SS. TRINITATI CIVIT: AQVAE CONTA-

SIONE LIBERATA EX VOTO POSVIT. PRIMVM LAPIDEM DEBET PIETATI AVG: IMP: CAES: CAR: VI. GER. HIS: HV: BO: REG: AR: AV: MDCCXIV. 3. IVN. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

42. Antica eadem, quae sub N. 40.

MDCCXV. IMP. CAES. CAR. VI. PR. LAP. P. COLVMNAE QVAM VRBIS VINDOB. VICVS AD MARIAE AVX. PESTE LIBERATVS SS. TRINITATI ET BEATISS. MATRI DEI EX VOTO DICAVIT. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

1) *In memoriam positae a fundamentis Basilicae S. Caroli Boromaei ex voto, tempore pestis nuncupato, Numismata Anno* 1716. *signata.*

43. CAES. AVG. CAR. VI. R. IMP. S. A. GE. HI. HV. BO. REX. AR. A. D. BVR. Caput laureatum, ad pectus cum aqnila bicipite. Infra: *Richter.*

QVOD POPVLVS PESTE LIBERATVS. Inferius: DIVO CAROLO BOROM: EX VOTO MDCCXVI. in imo margine: WAROV. Frontispicium Basilicae S. Caroli Boromaei. *Arg. pond.* 3. *Semunc.* Elegans.

44. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HISP. HVNG. & BOH. REX. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. Infra brachium: WESTNER. F.

Laurea ex duobus palmae ramis facta, in qua haec inscriptio: D. O. M. OB CIVES IN PESTE SERVATOS DICATAE D. CAROLO BOR. BA-

SILICAE PR. LAP. EX VOTO POS. MDCCXVI. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

m) *Numi genethliaci ob Nativitatem Leopoldi Archiducis Anno* 1716.

45. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento. Infra: V.

FRVCtVM PACIs DONAVERAT AETHER. Inferius: LEOPOLD9 ARCHID: AVSTR: PRINC: ASTVRIAE. N. XIII. Infans in cunis jacens super excelsa arbore, infra quam exercitus Turcicus velut panico correptus terrore in fugam conversus, et mulier coronata habitu Archiducali stans, dextra innititur scuto Austriae, sinistra ostentans puerulum recens natum, et hanc epigraphen cunis praetensam: LVNA SVB PEDIBVS EIVS. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Tab.* 52. *Carol. VI. N.* 20.

46. ELISAB: CHRIST: ROMAN. AVGVSTA &c. Protome Augustae, sinistrorsum conversae, pectore tenus. V.

AVSTRIA PROGENIES COELIS DEMITTITVR ALTIS. Providentia capite radiato, sedens cum sceptro in Nube, indeque Angelus Viennam devolans cum puerulo, et Austria coronata genuflexa hunc ambabus ulnis suscipiens. Juxta jacet Scutum coronatum Austriae, et a tergo Austriae arbuscula efflorescens. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Ibidem N.* 21.

47. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento. V.

SVRGENTI SCEPTRVM TOT DAT NATVRA CORONAS. Infra: LEOPOLD. ARCHID: AVSTR: PRINC: ASTVRIÆ: N. XIII. APR: In medio est Fritillaria imperialis Linnaei, alias Corona Imperialis dicta. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 22.

48. ELIS. CHR. AVG. REG. HI. HV. BO. Caput Elisabethae pretioso monili ornatum.

AETERNITAS AVG. Infra: NATO PRIN. IVV. LEOPOLDO. MDCCXVI. D. 13. APR. Infans super hemisphaerio terraqueo sedens in nube, dextra elevata Palladium tenet. *Arg. pond. didrach. Ibidem N.* 24.

49. ELISABETHA CHRIS: ROMAN: AVGVSTA &c. Hujus Protome sinistrorsum, pectore tenus. V.

PARIET TERRIS FAVSTO SOLAMEN IN ORTV. Segmentum globi terraquei cum vocabulis: HISP. GERM. HVNG. Supra quod per aerem bigis vehitur Cynthia stans in curru, dextraque manu semina spargens, sinistra facem accensam tenens, praecedente stella. In imo legitur: AVGVSTA LVCIFERA. MDCCXVI. *Arg. pond.* ¾ *Semunc. Ibidem N.* 23.

50. SPES VTRIVSQVE ORBIS. Globus terraqueus, cum exsculptis in eodem nominibus EVROPA. ASIA. AFRICA. AMERICA. ab exoriente Sole illustratus.

QVO TARDIVS EO GLORIOSIVS. Sceptrum stans cum vite circumvoluta, ex qua botri pendent; in apice sceptri corona. In area legitur: AD HILARITATEM PVBL. Infra vero: GENIALI FESTO LEOPOLDI. A. A. P. A. 1716. D. 13. APR. S. *Arg. didrach. Ibidem N.* 25.

51. NEONATO TOT VOTIS & PRECIB. DESIDERATO AVSTRIÆ ARCHIDVCI. PRINCIPI ASTVRIÆ FELIX AVSPICIVM PVBLICA LÆTITIA. A. MDCCXVI. XIII. AP. F. L. C. P. R.

FIRMAMENTO IMPERII. Aquila cum sceptro, et pullo suo ad nubem, in qua est oculus divinae Providentiae, evolans ex orbis terraquei segmento. *Arg. didrachm. Ibidem N.* 26.

52. NASCOR AD ALTA. Sol oriens, et aquila in aere volans. Infra legitur: NVNC TANDEM CANTARE IVVAT. *Aur. simpl.*

52. b) CAROL. VI. IMP. ET III. HISP. REX. Caput laureatum..)(COELO CONCEPTA SERENO. Infra: FOECVNDITATI AVGVSTÆ. Concha aperta, in qua conspicua est margarita, innatans undis. *Aereus parvi moduli, caelaturae elegantis.*

a) *Ob victoriam eodem anno* 1716. *de Turcis ad Savum relatam.*

53. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Caput laureatum, sinistrorsum spectans. V.

CAESAR AD SAVVM VICTOR. Conspectus praelii, et caedis Turcarum. Infra legitur: CAESIS. ET FVG. TVRC. CC. MILL. CASTRIS OC-

CVPAT. 5. AVG. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Ibidem N.* 28.

54. Antica eadem, quae praecedentis. V. PRIMITIAE DEVICTIS TVRCIS. Caesari coronato, sedenti in throno cum sceptro, Dux belli offert vexillum Turcicum. Humi jacent varii generis arma Turcica. Infra legitur: CC. MILL. CASTR. OCCVP. V. AVG. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Tab.* 53. *Car. VI. N.* 29.

55. IMP. CAES. CAROL. VI. D. G. GE. HI. HV. B. REX. AR. AVS. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. W. VICTORIA CAROLI FELICITAS CHRISTIANOR. Victoria stans in medio vexillorum Turcicorum, et armorum humi jacentium, dextera tenet labarum monogrammate Christi insignitum, supra quod aquila: sinistra vero lauream, et palmae ramum. In imo Numi segmento legitur: SOLO CAES. EXERCIT. FRACT. CCM. TVRC. IMPETVS. CASTRA. TORM. CLX. SIGNA TOTID. CAPTA. MDCCXVI. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Tab.* 53. *Car. VI. N.* 30.

p) *Ob Temesvarinum recuperatum eodem anno* 1716.

56. IMPERAT. CAES. AVG. CAROL. VI. Protome laureata, paludata, ad pectus cum aureo vellere. R.

TEMESWARO EXPVGNATO. Infra: R. HVNG. TERM. DECVMAN. PRIMVM RESTITVTVS MDCCXVI. Urbs Temesia, multis turribus, in quarum

apice sunt lunulae Turcicae, conspicua, moenibus cincta. Prope moenia sedet Mulier dextra tenens coronam muralem, simulque innixa Scuto cruce hungarica insignito, laeva hastam, in cujus apice est caput Asini. Juxta prostratus humi Turca sub corbe vimineo jacet. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 31.

57. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome laureata, paludata, loricata. Infra: *P. P. Werner.*

SECVRITAS TRANSSYLVANIAE RESTITVTA. Infra: THEMESWARIO OCCVP. D. 14. OCTOB. 1716. Mulier stans dextrorsum conversa, dextra extenta lauream tenet, sinistra cornucopiae, juxta est Clypeus, in quo sunt septem castella Transilvaniae. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 32.

58. Antica eadem, quae praecedentis.

TRANSYLVANIA METV AC INSIDIIS LIBERATA. Infra: THEMESWARIO OCCVP. D. 12. OCT. 1716. Ichnographia urbis expugnatae. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 33.

59. IMP. CAES. CAROL. VI. D. G. GE. HI. HV. B. REX. AR. AVS. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. W.

ARMIS CONSTANTIA ET FORTITVDINE CAESARIS AB EVGENIO. Infra: TEMESWARIA TVRCIS EREPTA. 12. OCT. Repraesentatio ichnographica munimenti cum circumvallationibus. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 34.

60. AD sAVVM CÆSAR tVRCAS PROSTERNIT. Infra: D. V. AVG. Imperator quadrigis triumphalibus supra prostratos hostes inveotus ab advolante Victoria coronatur.

eVGENIo pRInCIPE teMEsVARIA CAESARI REDIT. Infra: D. XII. OCT. Conspectus urbis munitae, et circumvallationis, atque apparatus tormentorum, quibus expugnata est. *Arg. didrachm. Ibidem N.* 35.

p) *Ob captum Belgradum anno* 1717.

61. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome laureata, paludata, loricata. *P.P. Werner.*

DEVICTI ACHELOI E CORNIBVS VNVM. Infra: BELGRADO RECEPTO. 18. AVG. MDCCXVII. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 36.

62. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento. V.

CARoLo sVBIGItVR BELGRADVM. Infra: DECIMA oCtAVA AVGVstI. Ichnographia Belgradi, et castrorum, conspectusque Savi, ac Danubii. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 54. *Car. VI. N.* 37.

63. CAROLVS VI. &c. ut supra. Protome Caroli laureati, paludati, loricati. *P. P. Werner.*

Pars aversa eadem, quae praecedentis. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 39.

64. CAROLVS VI. &c. ut supra. Protome laureata, loricata, paludata. V.

GLADIVS DEI, CAROLI ET GIDEONIS EVGENII. *Judic. VII.* Infra: TVRCIS FVSIS CASTRIS OCCVPATIS BELGRADO RECEPTO. Conspectus urbis Belgradensis, et recedentis exercitus Turcici, volante desuper Angelo apocalyptico cum gladio igneo in manu dextera. *Arg. pond.* $2\frac{1}{2}$ *Semunc. Ibidem N.* 38.

65. IMP. CAES: CAROL. VI. D. G. GE. HI. HV. B. REX AR. AVS. Protome Caroli Sexti laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. W.

FVNESTA LACESSITIO. Infra: IC. MIL. TVRCAR. FVGATA. VALLVM CASTRAQ. EXPVG. MDCCXVII. Hercules Antheum in aera sublatum stringens, ac suffocans. Humi a dextris clava, a sinistris pharetra, sagitta, et pileus Turcicus, jacent. *Arg. pond.* $1\frac{1}{2}$ *Semunc. Ibidem N.* 40.

66. CAES: AVG: CAROL. VI. PLVR: VTR: ORB: PROVIN. REX. Protome ejusdem laureata, paludata, loricata. *Warov.*

FVNESTA LACESSITIO &c. ut supra. Idem quoque typus, qui in Aversa praecedentis Numi. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 41.

67. IMP. CAES. CAROLVS. VI. AVG. P. FEL. P. P. Protome laureata, paludata, loricata, obverso aliquantum dorso, sinistrorsum spectans. *Richter.*

DACIA MOESIAQ. SVP. PROVINCIAE CAROLI. Infra: TAVRVNO CAPTO. MDCCXVII. Tropaeum ex Herma Solis, et vexillis hastisque Turci-

cis in duas coronas muralem, et castrensem concinno modo insertis, adsidente hinc Daciae genio cum sceptro, inde Maeso a vinculis soluto. Eminus in prospectu est Belgradum. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 44.

68. IMP. CAES. CAROL. VI. D. G. GE. HI. HV. B. REX. AR. AVS. Protome Caroli laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. W.

Pars aversa est eadem, quae in praecedente. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc. Ibidem N.* 43.

69. HæC FVERAT TE DIGNA AVGVSTO CÆSARE MEssIs. Duo milites Romani cum falculis adstantes manipulo spicarum, quem altera manu contrectant. In medio manipuli, et infra hunc occurrit caput apri, sagitta confixi, velut Insigne Serviae captae. Infra: H. id est. *Hedlinger.*

CECIDIT VTRVMQVE. Aquila volans fulmina ejaculatur non minus in Belgradum, quam in castra Turcica. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 55. *Car. VI. N.* 44.

q) *In honorem Principis Eugenii ob captum Belgradum.*

70. EVGENIVS FRANC. DVX SABAVD. S. CAES. MAIEST. GENER. LOCVMT. Ejus protome loricata, ad pectus cum aureo vellere. V.

CHE BEL GRADO DA BELGRADO. Infra: TVRCO BATTVTO AL GRAND EVGENIO sI RENDE BELGRADO. Vesta sedens dextra manu porrigit lauream Eugenio ad se per duos gradus

ascendenti, sinistra tenet hastam puram. Juxta est hinc Belgradum, inde fugiens exercitus Turcicus. *Arg. pond. 2. Semunc. Ibid. N. 45.*

71. EVGENIVS etc. ut in Antica praecedentis. V. NON EST HEIC ALIVD NISI GLADIVS GIDEONIS. IVDIC. VII. Infra: TVRCIS FVSIS. CASTRIS OCCVPATIS. BELGRADO RECEPTO. Effigies Principis Eugenii galeati, loricati Equo ad cursum concitato insidentis cum gladio evaginato in manu dextera. Juxta est hinc Belgradum, inde Turcarum exercitus in fugam conversus. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 46.

72. Alius similis *ex aere.*

r) *Sequens Numisma continet querelas de bello Gallico, in favorem Turcarum exorto, Anno* 1717.

73. HÖRE NACHWELT. DA DER KAISER ÜBER CHRISTI FEINDE SIEGT. WIRD ER SELBST VON ANDERN CHRISTEN ZV DER TÜRKEN SCHVZ BEKRIEGT.

Pars Aversa exhibet Sauli, Christianorum persecutoris, caelesti lumine, ac voce perculsi, lapsum ex Equo, sociis attonitis. Infra legitur: ACTORVM IX. V. IX. Superius vero: SIHE SAVL DV VERFOLGEST MICH. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 47.

s) *In memoriam primorum regiminis* CAROLI VI. *Quinquennalium, Viennae celebratorum eodem anno 1717.*

74. IMP. CAES. CAROL. VI. D. G. GE: HI: HV. B. REX. Protome Caroli Sexti laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. W.

REP. CHRIST. PACE. BELLOQ. STABILITA. Infra: MDCCXVII. CAL. OCTOB. In medio, Clypeus cum inscriptione: QVINQVENNALIA PRIMA VINDOBONAE. Quem simul tenent, hinc Religio cum palmae ramo, capite velato, turritoque sedens in petra, et cubito innixa globo terraqueo, cruce signato, et supra eandem petram posito, inde Minerva galeata, insidens armis, manuque altera gerens hastam, in cujus apice est pileus Turcicus cum appensa pharetra, arcu, et gladio. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.*. Elegans.

75. IMP. CAES. CAROL. VI. A. P. F. P.P. Caput laureatum. R.

DEO TER VNI VOTA. V. PRIMA. PRO FEL. AVG. Haec epigraphe legitur in clypeo supra aquilam, in flamma Crucis Burgundicae alis expansis conspicuam. Latera ejusdem clypei ornant a dextris caduceus, cornucopiae, ac palmae ramus, a sinistris pharetra, arcus, tria vexilla Turcica, et ramus olivae. In imo Numi segmento scriptum: FIRMATO FLAMMAE BVRG. OMINE. MDCCXVI. *Arg. didrachm.* Elegans.

76. CAROLVS SEXTVS ROM. IMP. ET TERTIVS REX HISP. Caput laureatum. R.

CONSTANTIA ET FORTITVDINE. 1717. Aquila inter Solem, et lunam volans, sub qua Leo cum duobus leunculis contra Draconem et serpentes decertans. *Arg. didrach. prox.*

77. Alius similis. *Arg. drach.*

t) *Ob Inducias, pacemque Passarovitiensem Turcis datam, Anno* 1718.

78. CAES. AVG. CAR. VI. R. IMP. S. A. GE. HI. HV. BO: REX. AR. A. D. BVR. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. V.

VICTOR NON ALIO SVBSCRIBIT PACTA COLORE. Imperator laureatus, palliatus, loricatus sub palma sedens, et sanguine Turcico subscribens in Tabula, sibi a Mercurio praesentata, in qua legitur: INDVCIÆ CVM HOSTIBVS. Infra Tabulam est mortarium bellicum, in quo jacet truncatum Turcae caput, inverso situ repraesentans vasculum, unde pro atramento Sanguis sumitur. Juxta sunt duo Turcae genuflexi. In imo Numi segmento scriptum: IN PACIS INDVCIAS DEBELLATO SVPPLICI HOSTI GLORIOSE CONCESSAS. *Arg. pond.* 3½ *Semunc. Tab.* 55. *Car. VI. N.* 48. Elegans.

79. Alius huic similis. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.*

80. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEM. AVG. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere, sinistrorsum spectans.

APTA PRIVS BELLO PACIS NVNC PARTVRIT VMBRAM. Infra: ROMVLO AVSTRIACO OB INDVCIAS CVM TVRCIS PASSAROVITII INITAS. 1718. HVMILLIME CONSECRAT CASP. THEOPH. LAVFFER. In fine stellula. In area Numi Imperator laureatus, palliatus, sagumque prisco Romanorum more indutus, et gladio praecinctus, adversa fronte stans, dextra innititur hastae sub lauri ramo cuspidi infixo, sinistra tenet sceptrum summis belli ducibus proprium, et pede dextro calcat caput unius ex tribus Turcis occisis, in litore Danubii inter arma jacentibus. In Danubio tres naves, trans flumen colles, et agri. *Arg. pond.* 8. *Semunc. Ibidem N.* 49. Elegans.

81. Alius huic similis, *ex aere, maximi moduli.*

82. CAROLVS. VI. CAESAR. AVG. Protome dextrorsum spectans, capite laureato, ad pectus, et humerum cum lorica, et paludamento. R. DE CHRIST. NOMINIS HOSTIBVS. Infra: PACE TVRCIS DATA MDCCXVIII. Religio velata in curru triumphali, imagine aquilae bicipitis ornato, stans dextra extensa tenet crucem cum palmae ramo, sinistra habenas junctorum quatuor equorum, adstante retro in eodem curru muliere, pacem repraesentante, quae d. sertum oleaginum Religionis capiti imponit, s. caduceum gerit. Currum comitatur a dextris Justitia sub Schemate mulieris stolatae, cum ense, bilance, et scuto; a sinistris Fortitudo, sub imagine Romani militis galeati, aquilife-

ri. In margine pavimenti nomen artificis: H. FVCHS. *Arg. pond. 3. Semunc. Ibidem N. 50.* Elegans.

83. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome sinistrorsum spectans Caroli laureati, paludati, loricati. Infra: *P. P. Werner.* (Peter Paul Werner Norimbergensis.)

PARCET SVBMISSIS DEBELLABITQVE SVPERBOS. Infra: INDVCIAE CVM TVRCIS. D. 21. IVLII. Aquila super agros, et arces evolans. *Arg. pond. 2½ Semunc. Tab. 56. Car. VI. N. 51.* Elegans.

84. Antica eadem, quae praecedentis.

TANTA NEGOTIA SOLVS. Infra: IVPITER FVLGVRATOR. MDCCXVIII. Jupiter ab ortu ad occasum tendens cum fulmine in manu dextera, praeeunte aquila. Ante Jovem literae: OCC. retro: OR. Accedunt binae inscriptiones, quarum una Orienti respondens: THRACIBVS OBSTAT. Altera Occidenti: RES ITALAS ARMIS TVTATVR, *Arg. pond. 2. Semunc. Ibidem N. 52.* Elegans.

85. IMP. CAES. CAROL. VI. D. G. GE. HI. HV. B. REX. AR. AVS. Protome laureata, paludata, loricata, sinistrorsum spectans. W.

AVGVSTO PACATORI. III. Infra: OB CHRIST. POMOERII FINES AMPLIAT. ET SOCIOS DEFENS. MDCCXVIII. Imperator laureatus togatus, infra palmam stans laeva manu amplectitur Crucem palmae adpositam, ex qua clypeus cum inscriptione: DE BARBAR. GENT. pendet, dextram

dextram laureae imponit, quam sibi offert adstans cum globulis precatoriis Religio velata, stolata, ad cujus pedes jacet globus cruciger orbem Christianum referens. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 53. Elegans.

86. Laurea cum hac epigraphe: OB INDVCIAS TVRCIS CONCESSAS MDCCXVIII. PASSAROVIZI. D. XXI. IVLII.

ELIGE ALTERVTRVM. Conspectus urbis Constantinopolitanae, supra quam volans aquila dextro pede gladium, sinistro ramum tenet. In imo Numi segmento Insignia ad Numismatis hujus auctorem, ut videtur, spectantia occurrunt, parmulae inscripta. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 54. Elegans.

87. RHENI PACATOR ET ISTRI. CAROL. VI. R. I. Sculptum in basi quadrata, in medio horti posita, supra quam Protome Caroli VI. laureati, paludati, loricati, sinistrorsum spectantis coronatur ab advolante Victoria cum serto, et palmae ramo. Infra: INDVCIIS TVRCÆ CONCESSIS MDCCXVIII.

IN HOC SIGNO. Crux radians inter duas nubeculas, infra quam Danubius consueta fluminum forma effictus, et arx Belgradensis, intermediis duabus columnis. In litore occurrit nomen Incisoris C. H. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 55. Elegans.

88. SIC REDIT AD DOMINVM, QVOD FVIT ANTE SVVM. Infra: PAX SANCITA PASSAROWIZ XXI. IVL. MDCCXVIII. Aquila coronata volans cum

mappa geographica, in qua sunt haec nomina: DONAV FL. SAV. DRIN. SERVIA. BELGRAD. TIN. TEYSS. TEMESWAR. VALACHIA. ALAVETA.

DABIMVs CAESARI QVAE SVNT CAESARIS. Infra: PAX PETITA. Imperator coronatus, palliatus, loricatus, in throno sedens, adstante supra globum aquila, dextera tenet sceptrum, sinistram extendit versus tres legatos Turcicos, flexis genibus pacem exorantes. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 56. Elegans.

89. ACCEPTA ACCEPTAE SVNT VERBERA CAVSA SALVTIS. Infra: PASSAROVITII. XXI. IVLII. AN. MDCCXVIII. in fine stellula. In medio duo tympana Turcica ex arida arbore pendentia. Ad horizontem pars lunae bicornis conspicua.

NVLLA SALVS BELLO PACEM TE POSCIMVS. Infra: PAX PETENTIBVS DATA. Duo Legati Turcici abjectis humi gladiis stantes cum ramis olivae in utraque manu. *Arg. pond.* ¼ *Semunc. Ibidem N.* 57. Elegans.

90. IMP. CAES. CAROL. VI. A. P. F. P.P. Caput laureatum: infra quod R.

FELIX OMINIS EVENTVS. AVI VINDICATI. CONFECTVM BELL. TVRC. MDCCXVIII. Arma Turcica humi jacentia in combustione, quibus insistit Crux Burgundica cum duobus caduceis in decussim eidem alligatis, erumpente ex eadem fulmine, ac flamma. *Arg. pond.* ¾ *Semunc. Ibidem N.* 58. Elegans.

91. CAROLVS VI. ROM. IMP. DVX BRABANTIAE. C. FLAND. Caput laureatum, infra quod R.

VICTORIA PACEM TAVRVNEA DABIT. Infra: STRENA KALEND. IANVAR. Mulier galeata Turcicis armis insidens, manuque sinistra tenens ramum olivae cum clypeo aquilam bicipitem coronatam exhibente, dexteram extendit versus mulierem Turcicam genuflexam, sibique munera offerentem; retro quam in prospectu est Belgradum. *Arg. pond.* ½ *Semunc. Ibidem N.* 59.

u) *Ob victoriam navalem ope Britanniae foederatae relatam, ac Siciliam receptam anno eodem* 1718.

92. IMP. CAES. CAROL. VI. A. P. F. P.P. Caput laureatum, infra quod R.

BELLVM ITALICVM PROPVLSATVM. Infra: CLASSE HOST. OPE BRITAN. FOEDER. DELETA. 1718. Tropaeum in Navi erectum ex duabus anchoris, quatuor carbasis, duobus palmae ramis, simul in decussim positis, intermedio tridente, cui Aquila insidens alis expansis vexillum navale rostro sustinet. *Arg. pond.* ½ *Semunc.* Elegans.

93. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome laureata, paludata, pectore tenus. V.

DATE QVAE SVNT CAESARIS CAESARI. QVAE DEI DEO. Infra: INDE SICILIA LEGITIMO REGI SVO RESTITVTA. Posterior haec inscriptio includitur Laureae, in cujus latere dextero genius alatus gerit Insignia Siciliae, in sinistro autem alius genius, sine alis, una manu scal-

freto Siculo infra scopulum, Scyllam, et Chatybdim repraesentantes, ac dexteras jungentes, quarum illa quatuor canibus succincta, manu altera gubernaculum navis in humero tenet, haec autem vexillum tribus leunculis insignitum. Supra scopulum est caput leonis lingua exerta in medio quatuor vexillorum, ac totidem lancearum. *Arg. pond. 2. Semunc.* Elegans.

aa) *Ob Sanctionem pragmaticam de successione filiae suae Anno 1720. factam.*

98. FVNDATA HILARITAS VNIVERSA. In segmento globi terraquei stans tenera proles inter duas aquilas, utraque manu nubem apprehendit.
GENTIS AVG. PIGNVS IN TVTELAM ATQ. FIDVCIAM PVBL. SVPPLICATIONIB. RESTITVT. MDCCXX. GRATANS OVANSQ. CHRISTIANA RESP. *Arg. pond. Semunc. Tab. 57. Car. VI. N. 65.*

bb) *Ob Caroli VI. et Elisabethae Augg. coronationem Pragensem, Anno 1723. qui fuit conditae Pragae millesimus, peractam.*

99. IMP. CAR. VI. INVICTISS. ET EL. AVG. DVO Capita jugata, sinistorsum spectantia, Caroli laureatum, Elisabethae pretioso monili ornatum. B. R. (*Bengt Richter.*
IMP: CAROLI VI. ET ELISABETHÆ. AVGVSTÆ. VNCTIO. REGIA. Infra: PRAGAE CONDITAE MILLENARIO PRIMO. MDCCXXIII. Corona, supra globum laureatum, et leone Bohemico in-

signitum, qui circulo serpentino, aeternitatis symbolo, quatuorque regnorum sceptris, palmae, ac normae, in decussim locatis, impositus est ante portam palatii, valvis portae apertis. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

100. Antica eadem, quae praecedentis.

Corona Bohemiae, infra quam sceptrum, et lauri ramus in decussim, ac sequens epigraphe: ELIS. CHRISTINA. IMP. CAR. VI. AVGVSTA REGINA BOHEMIAE INAVGVRATA PRAGAE. VIII. SEPT. MDCCXXIII. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

101. IMPERAT. CAES. AVG. CAROLVS VI. Proteme laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. Infra: R.

Corona Bohemiae, quam duae manus ex nubibus protensae simul tenent, infra quam legitur: CAROLVS. VI. ROM. IMPER. S. AVG. GERM. HISPAN. HVNG. BOH. REX. A. AVST: CORONATVS PRAGAE. V. SEPT. MDCCXXIII. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

102. ELISABETHA CHRISTINA AVGVSTA. Hujus Protome, pectore tenus, sinistrorsum conversa. Infra: P. P. W. (*Peter Paul Werner.*

VIRTVTES CORONANT ET REGNA. Infra: IN REGINAM BOHEMIAE CORONATA. D. 8. SEP. MDCCXXIII. Reginae in medio stanti hinc Religio, et Prudentia laureas, inde Bohemia, et Hungaria coronas, manibus supra caput elevatis offerunt, singulae iis cum attributis

sculptae, ut facile discerni queant. in imo margine P. G. N. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

103. IMP. CAES. CAROL. VI. A. P. F. P.P. Caput laureatum, sinistrorsum. Infra: R.

TERTIA PREMISLAICÆ STIRPIS ORIGQ. Infra: IMP. CAR. VI. FEICLITAS. IMP. CAR. VI. VNCTIONE REGIA RESTITVTA. A. MILL. REGIÆ CONDITÆ. Corona Bohemiae, vomeri et quatuor vexillis, in decussim locatis, superposita, infra arborem, in cujus summitate occurrit parmula coronata Austriae. *Arg. pond.* ½ *Semunc.* Elegans.

104. ELISAB. CHRIST. AVGVSTA CAROLI AVG. Caput Elisabethae, pretiosis monilibus ornatum. Infra: R.

ELISABETHA QVARTVM AVGVSTA. Infra: BROGOWNE PRIESENII. A. M. VRB. COND. Corona Bohemiae super culcitra inter duos lauri ramos. *Arg. pond* ½ *Semunc.* Elegans.

105. ELIS. CHRIST. CAR. VI. AVGVSTA. Hujus Caput pretioso monili ornatum.

INGENTI REDEVNTIA SECVLA LVSTRO. Scriptum in laurea, infra quam legitur: CORONATA PRAG. 8. SEPT. 1723. *Arg. pond. drach.*

106. CONSTANTIA ET FORTITVDINE. Globus terraqueus cum atmosphaera sua.

Corona Bohemiae, et haec egigraphe: CAROLVS VI. ROM. IMP. S. AVG. GERM. HISP. HVNG. BOH. REX. A. AVST. CORONAT. PRAG. 5. SEPT. 1723. *Arg. drachm.*

cc) *Numus eodem anno 1723. signatus ob spem nascituri Archiducis, comperta graviditate Augustae.*

107. OMNE TRINVM PERFECTVM. Infra: GRAVIDITAS AVGVSTAE. MDCCXXIII. Triangulum, in quo duo corda juncta coronata, tertio minoris formae ex iisdem pendente.

Pars aversa monepigrapha inscriptionem habet tribus numeris Romanis hoc modo divisam. I. AVGVSTVS CAROLVS, II. FVLGENS DIADEMATE ELISA. PERFECTA VT TRIA SINT, III. ARCHIDVCEM ACCIPIENT. *Arg. pond.* ½ *Semunc. Tab.* 57. *Car. VI. N.* 63.

dd) *Alii Numi ob nativitatem filiae signati A.* 1724.

108. ELISAB. CHRISTINA. ROM. IMPERATRIX. Hujus Caput, pectore tenus.

FOECVNDITATE. AVGVSTAE. Infra: NATA. MARIA. AMAL. CAROLINA. ARCHID. AVST. 1724. Puerpera in thalamo sedens cum prole sua. *Aureus simplex. Ibidem N.* 67.

109. CAES. AVG. CAR. VI. R. IMP. S. A. GE. HI. HV. BO. REX. AR. A. D. BVR. Protome laureata, paludata, loricata, sinistrorsum, ad pectus cum aureo vellere. V.

CVNCTIS ALTIOR EXTAT MATRIBVS. *Claudian.* Infra: NATA ARCHIDVCISSA. D. 5. APR. 1724. Imperatrix sub Schemate Deae Cybeles quadrigis Leonum vecta, in curru duarum rota-

rum sedens capite turrito, dextra tenet clavim, laeva infantem. *Arg. pond.* 3¼ *Semunc. Ibidem N.* 61. Elegans.

110. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome laureata, paludata, pectore tenus. Infra: *P. P. Werner.*

ARCHIDVCIssAM PEPERIT AVGVSTA VIENNAE. Infra: NAT. D. 5. APR. Globus terraqueus, supra quem volans Fama bacillo, quem in dextera habet, ostendit locum, VIENNA inscriptum, sinistra tubam ori admovet. In area: hinc OCC. inde OR. et in margine A. V. artificis nomen. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 62. Elegans.

111. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. DVX. BRABANTIÆ. C. FLAND. Caput laureatum.

TERTIA DVM sVrgVnt InVICto sCEPTPA PARENTI. Infra: eXIt AB AVgVsta CoeLo DIgnIssIMA proLes. Aquila coronata cum pullo suo versus Solem volans. *Arg. pond. Semunc.*

ee) In memoriam pacis, et foederis cum Hispania initi, A. 1725.

112. IMP. CAES. CAROLVS DIVI LEOPOL. F. AVG. Protome Caroli Aug. laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra: *De Gennaro f.*

CONCORDI PACE LIGAVIT. Infra: VINDOBONAE. 1725. Mercurius succensis, quae infra jacent armis, accedit cum face, et caduceo ad duos

Duces, qui dexteras jungunt, et quorum alter clavae, alter hastae stantes innituntur, galeamque hic leone, ille aquila ornatam in capite habent. *Arg. pond.* 3. *Semunc.* Elegans.

113. Alius similis *ex aere magni moduli.*

114. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome Caroli, ut in praecedente. Literae P. P. W. in brachio, notant artificem *Wernerum.*

SILENTIO ET FIDE ARBITRIS. Infra: PAX INTER IMP. ET. HISP. VIENNAE PACTA. 1725. Silentium, et Fides forma mulierum stantium, palliatarum, stolatarum. Quae a dextris est, caput velatum habet, manuque dextera tenens palmae ramum, sinistram pectori admovet, alteroque pede in cubo stat, altera sine capitis velo fasciam ori obductam habens manum dexteram imponit capiti alterius, laeva ostentans annulum. *Arg. pond.* $1\frac{1}{4}$ *Semunc.* Elegans.

ff) *Numisma saeculare Societatis ferrariae, dicatum Imp. Carolo VI. Anno* 1725.

115. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome laureata, paludata, loricata, sinistrorsum conversa, ad pectus cum aureo vellere. In brachio: F. I. WV.

DVM pLVra seqVentVr sæCVLa. — sVCCessVs nVnqVam DeerVnt. Infra: SECVLVM I. SOCIET. FERRARIÆ. Mons altus Coni figura, in quo Fodinae ferri cum Operariis. Ad pedem montis duo fabri ferrum cuden-



tes, et in pavimento, varii generis arma, et utensilia ex ferro facta, adstante genio artis cum scuto exhibente Insignia Societatis ferrariae, vel hujus forte Praesidis. Juxta eundem montem in conspectu sunt hinc naves bellicae, et mercatoriae, inde copiae militares. Supra quae omnia Caput Imperatoris laureatum, in sole radiante exsculptum cernitur, et inscriptio: HOC FAVENTE. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegantissimum.

gg) *Occasione restauratae Auri fodinae in Bohemia, anno* 1727.

116. CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. G. H. H. B. R. A. D. A. Imperator coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus stans fronte adversa, manu dextera tenet sceptrum, et scutum coronatum Bohemiae, sinistra pomum Imperii.

HOC PATROCINIO RESTAVRATVR. 1727. Effigies S. Joannis Nepomuceni in nube, capite 5. stellis coronato, cum crucifixo, et palmae ramo in manu sinistra. Infra quem occurrit Noctua, et sol in eadem linea perpendiculari. Juxta sunt Montes auriferi in conspectu. *Aureus duplus.* R.

hh) *Ob restitutam Viennae anno 1729. Columnam marmoream Beatae Mariae Virginis, Sancto Josepho desponsatae, eo loco, ubi prius lignea stetit.*

117. SS: IOSEPHO ET MARIAE VIRGINI SPONSIS. Effigies Operis positi, ac dedicati, quod tetrastylon est super eadem basi, et sub eodem arcu. In medio sunt tres Statuae; B. Virginis, S. Josephi, et Sacerdotis eos desponsantis; cum lampade supra pendente. Apicem molis arcuatae efficit Spiritus Sanctus in forma columbae. Basim ornant duo Angeli stantes, cum lilio unus, alter cum serto in manu. Infra sunt fontes salientes.

In Aversa legitur: EX VOTO OPVS LIGNEVM A DIVO LEOPOLDO AVG. POSITVM. IMP. CAES. CAROLVS PIVS CLEMENS P. P. A FVNDAM. MARMOREVM RESTITVIT ET DEDICAVIT MDCCXXIX. *Arg. pond.* 4. *Semunc. prox.* Elegans.

118. CAROLVS. VI. D. G. R. IMP. S. A. GE. HI. HV. BO. REX. Protome Caroli Sexti laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra: D. BECKER.

Aversa est eadem, quae pracedentis: EX VOTO OPVS &c. *Arg. pond.* 3. *Semunc.*

ii) *In memoriam Pacis, Viennae anno 1731. conclusae.*

119. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. AVG. PACATOR ORBIS. Protome laureata, paludata, loricata. Infra: V.

REGNA LIGAT QVO CONGREGET ORBEM. Infra: PAX VIENNAE SANCITA A. MDCCXXXI. In margine N. Laurus arbor, supra quam Triangulum radians divinitatis symbolum, et ex ea pendent quatuor clypei, exhibentes Insignia Imperii Romani, Regnorumque Hispaniae, et Magnae Brittanniae, ac Reipublicae Hollandiae. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

kk) *Ob restitutam Fundationem Josephinam, erectamque Lignicensem Academiam Nobilium, primo aedium lapide posito Anno 1735.*

120. CAROLO VI. ROM. IMP. HISP. HVNG. BOH. REGI. Caput laureatum, sub quo nomen artificis: M. DONNER F.

CRESCVNT NOVA MOENIA MVSIS. Infra: PRIMO. AEDIVM. LAPIDE. POSITO. DIE. S. IOAN. BAPT. SACRO. MDCCXXXV. In medio est basis cum hac inscriptione: CAROLO VI. IOSEPH. FVND. RESTIT. AVG. NOBILIVM ACADEM. LIG. IN PERPET. ERECT. MEMORIAM. A dextris stat Abundantia cum inverso cornucopiae opes profundente, sub imagine Virginis nobilis, in cujus pectore conspicitur Aquila Silesiae, et quae manu altera supra basim elevata aedes recens erectas sustinet, ostentatque Saturno ex altero basis latere sedenti, easdemque velut per vitrum contemplanti. *Arg. pond.* 3. *Semunc.* Elegans.

ll). *Ob victoriam de Gallis eodem anno* 1735. *relatam, subsecutasque inducias.*

121. CAROLO VI. ROM. IMP. S. A. HISP. HVNG. BOH. REGI. Caput laureatum, infra quod *P. P. W.*

GALLORVM VIRTVS EXTRA SPELVNCAS. Infra: FVGATI AD MOSELLAM DVCE SECKENDORFF. D. 20. OCT. 1735. Conspectus praelii, Gallis in fugam conversis, supra volante Aquila vibratis in eosdem fulminibus, *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

122. CAROLVS VI. D. G. &c. Protome laureata.

SPE RENASCITVRÆ PACIS. Infra: INDVC. PVBL. MENSE NOV. 1735. Mulier arborem fractam rigans, sole splendente. *Stanneus magni moduli.*

mm) *Numus anni* 1736. *conservans memoriam eluvionis, et famis in Silesia exortae.*

123. O! WIE VIEL. Infra: SCHLESISCHE WASSERS-NOTH. 1736. Densissimi imbres de caelo cadentes: Domus, et arbores in mediis aquis.

O! WIE WENIG. Infra: SCHLESISCHE HVNGERS-NOTH. 1736. Jacentes manipuli spicarum, granis frumenti vacuarum. *Arg. didrachm.*

nn) *Ob stabilitam cum Gallis pacem anno* 1737.

124. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HISP. HVNG. & BOH. REX. Protome Caroli lau-

reati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra: VESTNER. F.

PACIS FIRMITAS STABILITA ET AGNITA. MDCCXXXVI. N. Imperator Carolus VI. et Rex Galliae Ludovicus XV. stantes coronati, scutisque suis innixi, Statuam Pacis elevant, atque in basi cubica collocant, praesentibus et approbantibus Hispaniae, et Sardiniae Regibus, aeque coronatis, et insignia Regnorum suorum habentibus in clypeis. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

125. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Protome laureata, paludata, loricata. Infra: *P. P. Werner.* In area occurrunt numeri nigri hinc 476. inde 559.

PAX VNA TRIVMPHIS INNVMERIS POTIOR. Infra: MDCCXXXVII. Conspectus praelii, Gallis in fugam versis. Supra Angelus pacis, cum ramo olivae advolans, Aquilam Gallos persequentem sistit, ex unguibus ejusdem fulmen erepturus. *Arg, pond.* 1¼ *Semunc.* Elegans.

126. DIE KÖNIGE DER HEERSCHAAREN SIND VNTEREINANDER FREVNDE. PS. 68. 13: Infra: CESSANTIBVS ARMIS PVBLICO FAVSTÆ AC CONST. CONCORDIÆ AVGVRIO. 1737. Sculptum in Scuto, cui galea incumbit, quodque inter tympana, tormenta, gladios, hastas, et vexilla, in medio est. Supra quae effigies Caroli VI. et Ludovici XV. pectore tenus factae in altum levantur a Genio, FAVSTINA, quod vocabulum

in

in illius ala occurrit, nuncupato, et qui simul cornucopiae gerit, aliis duobus geniis, quorum unus vocabulum CONSTANTIA, alter CONCORDIA inscriptum habet, praevolantibus, ac sese mutuo amplectentibus. Caput *Caroli VI.* est laureatum, simulque diademate, in quo sunt literae CAR. VI. revinctum. Est etiam dies, et annus nativitatis ejusdem in paludamento ad pectus defluo notatus: D. 4. OCT. 1685. Eadem reperias etiam in Ludovici XV. imagine; videlicet in diademate: LVD. XV. in ejusdem veste, qua pectus tegitur: 15. FEB. 1710.

In Aversa medium locum tenet Aquila biceps, nimbata, coronata, gladio laureato, et ense armata, expansis alis, quae tribus utrinque liliis ornantur, et in pectore hoc lemma: SVVM CVIQVE. exsculptum habet. Infra aquilam luna bicornis, in qua est Ps. 72. 7. Eandem aquilam sequentes ambiunt inscriptiones, in circulis concentricis; NICHTS IST SO GROSS. ES WIRD DVRCH ZWIETRACHT ENDLICH KLEIN. NICHTS IST SO KLEIN. ES WAECHST DVRCH EINTRACHT VNGEMEIN. NICHT ZWIETRAHT. EINTRACHT NVR MVSS NVN VND EWIG SEIN. *Arg. pond.* 3. *Semunc.*

Incisorem loquacissimi hujus Numismatis fuisse *Petrum Paulum Werner* characteres P. P W. prope lunam occurrentes produnt.

oo) *Numisma maximi moduli argenteum Anno 1738. in honorem SS. Georgii, et Joannis Nepomuceni Martyrum procusum.*

127. S. GEORGIVS EQVITVM PATRONVS. Infra: VIRTVTE PATRANTVR. Effigies sancti Georgii martyris habitu militari romano in Equo phalerato, cujus stragulum ornatur scuto coronato Hungariae, sedentis, strictoque acinace in Draconem, post fractam in eodem lanceam, insilientis, ut virginem coronatam, in vicina rupe genuflexam, ejusque auxilium implorantem liberet. Pars haec obsignata est typario Ducati Cremnicensis. Itaque in latera dextro est consveta imago Deiparae cum sceptro, et Jesulo, ac inscriptione: PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1738. In sinistro autem stans Imperator solitis cum attributis, et haec epigraphe: CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. H. B. REX. et siglae: K. B. Unde facile constat de patria, auctore, et aetate hujus Numismatis.

In Aversa haec sunt: IN TEMPESTATE SECVRITAS. Infra: AMORIS PRÆMIVM. Navis fluctibus pelagi jactata, in qua est Christus cum discipulis suis. Supra navim Nubes, in qua S. Joannes Nepomucenus, d. crucifixum, s. palmae ramum gerens, conspicuus est. *Arg. pond.* 14½ *Semunc. Tab.* 58. *Car. VI. N.* 69. RR.

pp) *Numi funebres Caroli VI. Anno* 1740.

128. CAROLVS VI. D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Caput corona radiata cinctum, ad pectus cum paludamento.

VLTIMVS AVGVSTÆ GENTIS. Infra: NAT. 1685. DENAT. 1740. Urna sepulcralis inter cupressos, in cujus operculo sita est Corona Imperialis, cum sceptro, et globo crucigero. In area superiore literae C. VI. A. stellis circumdatae, inter duos angelos. In gradu infimo a dextris jacet taeda fumans, a sinistris sedet maesta mulier scutum habens aquila bicipite insignitum. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 57. *Car. VI. N.* 66. Elegans. *Exempla* 2. Fecit *Joh. Leonh. Oexlein*, notatus in Aversa per I. L. OE.

129. CAROLVS VI. DER XVI. ROEM. KAYSER AVS DEM HAVSE OESTERREICH. Sculptum in basi, supra quam est Protome Caroli VI. laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere. Inscriptio marginalis: DA SICH DIESE AVGEN SCHLIESSEN.

In Aversa: HIER SO VIELE THRÆNEN FLISSEN. Infra: GEBOHREN D. 1. OCT. 1685. ERWAEHLT D. 12. OCT. 1711. GESTORBEN D. 20. OCT. 1740. Fluvius more solito sculptus, dextra remum, et urnam cum profluente aqua tenet; sinistro cubito innixus Saxo, in quo W. *Arg. pond.* ¾ *Semunc. Ibidem N.* 65. Exempl. 2.

130. NACH VNSRER FRIEDENS SONNE PRANGEN. 1740. Urna sepulcralis inscripto nomine CAROL. VI. adsidente humi maesta muliere, cum Scuto Silesiae: E regione Sol media tantum sui parte supra horizontem.

IST MARS MIR BLVTROTH AVFGEGANGEN Infra: KRIEG IN SCHLESIEN. 1741. In area superiore Sidus Martis, sub quo agri cadaveribus tecti, ac villae fumantes. *Arg. pond.* ½ *Semunc.*

qq) *Numi Elisabetham viduam repraesentantes post Caroli VI. obitum.*

131. ELISABETHA CHRISTINA D. G. R. IMP. H. H. B. REG. NAT. D. BRVNS. LVN. CAROLI VI. VIDVA. Hujus Protome cum velo viduitatis in capite. M. DONNER. F.

AD NVTVM DEI. Equus Brunsvicensis in posteriores pedes erectus a dextris sinistrorsum, quem fraenat brachium de caelo protensum. Etiam haec altera Numismatis pars fuit a celeberrimo artifice *Matthia Donner* facta, uti characteres M. D. testantur. *Arg. pond.* 3½ *Semunc. Tab.* 58. *Car. VI. N.* 67. Elegans.

132. ELISABETHA CHRISTINA D. G. R. I. H. H. B. R. N. D. BRVNS. LVN. CAR. VI. VID. Protome cum velo viduitatis. Infra est: M. DONNER.

AD NVTVM DEI. Equus Brunsvicensis, ut in praecedente, sed a sinistris dextrorsum conversus. M. D. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 68.

B) Moneta currens Caroli VI.

a) *Aurei variae magnitudinis.*

1. PATRONA HVNGARIÆ. 1713. Deipara coronata, nimbata, sedens in circulo radiante, d. sceptrum tenet, s. Jesulum coronatum, nimbatum, gerentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hungariae.

CAROLVS VI. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. Imperator coronatus stans palliatus, loricatus, ense praecinctus d. sceptrum, s. pomum Imperii. K. B. *Aur. simpl. Tab.* 58. *Car. VI. N.* 70.

2. Alius similis, annum habens 1714. *Aur. simpl.*

3. S. IMMAC. VIR. M. M. DEI. PAT. H. 1714. Effigies Deiparae, uti N. 1.

CAROLVS VI. &c. uti supra: sed siglae: N. B. *Aur. simpl.*

4. CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. HV BO. REX. Protome Caroli laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID: AVST. DVX. BV. COM. TYROL. 1716. Aquila biceps, nimbata, coronata, ense sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere circumdatum, in quo sunt Insignia Hispaniae, Hung. Boh. Burg. cum parmula Austriae in medio, *Aureus decuplus, diametro, typoque Thaleri. Tab.* 59. *Car. VI. N.* 84.

5. PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1719. Effigies Deiparae cum Jesulo, uti N. 1.

CAROLVS VI. &c. uti supra. K. B. *Aur. simpl.*

6. Alius praecedenti similis, sed annum habens, 1720. K. B. *Aur. simpl.*

7. Alius cum inscript: PATRONA REGNI HVNGARIAE. 1721. similis descripto sub N. 5.

8. S. IMMAC. VIR. MARIA MAT. DEI. PAT. HVNG. 1721. Reliqua ut in praecedentibus. *Aur. simpl. Tab. 58. N. 71.*

9. Alius cum inscript. PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1724. Reliqua uti N. 5. *Aur. simpl.*

10. Alius huic similis annum habens 1726. K. B. *Aur. simpl.*

11. Alius ejusdem anni 1726. Nagybanyiensis, in quo: S. IMMAC. VIR. MARIA MAT. DEI. PAT. HVNG. Reliqua uti N. 1. *Aur. simpl.*

12. S. IMMAC. V. MA. MAT. DEI. PAT. HVNG. 1728. Deipara stans nimbata, coronata, in circulo radiante, cum Jesulo nimbato a dextris. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung. Siglae: N. B.

CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. G. H. H. B. REX. Protome Caroli laureati. paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra brachium est ⅙ in parmula. *Sextula aurei Nagybanyiensis. Tab. 59. Car. VI. N. 79.*

13. S. IMMAC. V. MAR. MAT. DEI. HVNGAR. PAT. 1729. Deipara coronata, nimbata, radiis undique cincta, sedens, d. Sceptrum, s. Jesulum nimbatum, benedicentem, globumque cruci-

gerum habentem. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung.

CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. HV. BO. REX. Imperator stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, d. sceptrum, s. globum. N. B. *Aur. simpl. Tab.* 58. *Car. VI. N.* 72.

14. CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. HV. BO. REX. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID. AVST. DVX. BV. COM. TYROL. 1729. Aquila biceps, nimbata, coronata, ense sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hispaniae, Hung. Boh. Burg. cum parmula Austriae in medio. *Aureus Decuplus.*

15. S. MAR. M. DEI. HVNG. PAT. 1730. Deipara velata sedens in luna cum Jesulo a dextris: infra est consueta parmula Hung.

CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. H. H. B. R. Imperator more solito stans cum sceptro, et globo. N. B. *Sextula aurei.* R.

16. PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1730. Deipara coronata, nimbata, sedens in circulo radiante, d. sceptrum, s. Jesulum coronatum, nimbatum, tenentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung.

CAROLVS VI. D. G. R. I. S. A. G. H. H. B. R. Imperator coronatus, stans, palliatus, loricatus

cum sceptro in d. et globo crucigero in s. Siglae: K. B. *Aur. simpl.*

17. Alius huic similis, anni 1731. *Aur. simpl.*

18. 19. et 20. Alii tres Cremnicenses annorum 1732—33—34. in quibus omnia, uti N. 15. *Aurei simpl.*

21. S. IMMAC. V. M. MAT. D. HVN. PAT. 1734. Deipara coronata, nimbata, radiis undique cincta sedens d. sceptrum, s. Jesulum coronatum, nimbatum, gerentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmuſa coronata Hung.

CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. G. H. H. B. REX. Imp. stans coronatus, palliatus, loricatus, ense praecinctus, d. sceptrum, s. pomum Imperii. N. B. *Aur. simpl. Tab.* 58. *Car. VI. N.* 73.

22. S. IMMAC: V. MAR. MAT. D. H. P. 1735. Deipara coronata, nimbata, sedens in pleno lumine, d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum, benedicentem, globumque crucigerum habentem tenet. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung.

CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. H. H. B. R. Caput laureatum, infra quod N. B. in monogrammate, sub clausula. *Aur. simpl. Ibidem N.* 74.

23. PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1736. Deipara sedens coronata, nimbata radiis undique cincta, d. sceptrum, s. Jesulum coronatum, nimbatum, benedicentem, globumque crucige-

rum habentem, tenet. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung.

CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. GE. HI. HV. B. REX. Imperator stans solitis cum attributis. K. B. *Aur. simpl.*

24. S. MARIA PATRONA HVNGARIÆ. Deipara sedens consuetis cum attributis, uti N. 21. Infra est parmula coronata Hungariae inter K. B.

CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. HI. H. B. REX. Caput laureatum. *Aur. simpl. Ibidem N. 75.*

25. PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1737. Reliqua uti N. 22. *Aur. simpl.*

26. Alius huic similis, annum habens 1738. *Aur. simpl.*

27. S. MAR. PAT. HVNG. 1739. Deipara nimbata, radiis undique cincta, sedens cum sceptro in dextera, et Jesulo in sinistra manu. Infra est parmula coronata Hungariae inter N. B.

CAR. VI. D. G. HVNG. R. Caput laureatum, ad pectus cum aureo vellere. $\frac{1}{12}$ *aurei simplicis. Tab. 59. N. 80.*

28. PATRONA. REGNI. HVNGARIÆ. 1739. Reliqua uti N. 22. *Aur. simpl. Tab. 38. N. 76.*

29. S. MARIA PATRONA HVNGARIÆ. 1740. Deipara coronata, nimbata, radis undique cincta sedens d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum cum globo crucigero. Sub pedibus nubecula, et luna, infra hanc parmula coronata Hung. inter N. B.

CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. HI. H. B. REX. Caput laureatum, sinistrorsum, ad pectus cum aureo vellere. *Aur. simplex.*

30. PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1740. Reliqua uti N. 22. *Aur. simpl.*

31. S. MAR. M. DEI. HVNG. PAT. 1740. Deipara velata sedens in luna cum Jesulo in manu dextera. Infra est parmula coronata Hung.

CAROL. VI. D. G. R. I. S. A. G. H. H. B. REX. Imperator stans solitis cum attributis. N. B. *Sextula aurei. Tab. 59. N. 77. et seq.*

32. CAROLVS VI. D. G. RO. IMPERATOR. S. A. Imperator stans solitis cum attributis.

GER. HISP. HVNG. BOHEMIÆ REX. 1712. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore leonem Bohemicum. Infra: IAP. sub clausula. *Aureus simplex Bohemicus, serratus, ideoque rarus, et curiositatis gratia Hungaricis aureis super additus.*

b) *Argentea Moneta: Thaleri, horumque partes.*

1. CAROLVS. VI. *Icuncula Mariana.* D. G. R. I. S. A. GER. HISP. HVN. *Scutulum coronatum Hungariae.* BOH. REX. Protome Caroli laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra brachium: I. G. S.

ARCHID. AV. DV. BV. MAR. MOR. CO. TY. 1712. Aquila biceps nimbata, coronata, ense sceptroque armata, alis expansis, habens in

pectore Scutum coronatum, aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia solius Hungariae, cum parmula coronata Austriae in medio sita. In area: C. H. Infra: P. W. *Arg. Thal. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 59. *N.* 81.

2. CAROLVS. VI. D. G. R. I. S. A. GER- HISP. HVN. BO. REX. Protome laureata, paludata, loricata, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID. AVST. D. BVRG. ET SILES. MARG. SIC. MOR. 1713. Aquila biceps nimbata, coronata, ense sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hisp. Hung. Austr. Burg. cum parmula coronata Bohemiae in medio sita. *Arg. Thal.*

3. CAROL. VI. D. G. RO. IMP. S. A. GER. HISP. HV. BO. REX. Protome Caroli, uti supra.

ARCHIDVX. AVSTRIÆ. DVX. BVRG. COM. TYROL. 1714. Aquila biceps nimbata, coronata, ense sceptroque armata, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hisp. Hung. Boh. Burg. cum parmula Austriae in medio. *Arg. Thaler. Ibidem N.* 84.

4. CAROLVS VI. *icuncula Mariana.* D. G. R. I. et reliqua omnia, uti N. 1. sed annus est 1715. *Arg. Thaler.*

5. CAR. VI. D. G. R. I. S. *icuncula Mariana.* A. G. *scutulum coronatum Hungariae.* HI. HV. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum lorica, paludamento, et aureo vellere.

ARCHID. AV. D. BV. M. MOR. CO. TY. 1723. Aquila biceps nimbata, coronata, ense sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, aureo vellere cinctum, in quo sunt Insignia Hisp. Boh. Austr. Burg. cum parmula coronata Hungariae in medio sita. K. B. In circulo exteriore legitur: CONSTANTER CONTINET ORBEM. *Arg. Thal. Tab.* 59. *N.* 82.

6. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. HI. H. B. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere. In area hinc scutulum coronatum Hungariae, inde icuncula Mariana solitis cum attributis.

ARCHID. AV. D. BV. M. MOR. COM. TY. 1749. Aquila biceps cum omnibus iis attributis, quae sunt descripta in praecedente Numo. K. B. Exterior quoque circulus habet epigraphen: CONSTANTER CONTINET ORBEM. *Arg. Thal Ibidem N.* 83.

Sequuntur Semisses, et Quadrantes Thalerorum.

7. CAR. VI. D. G. R. I. S. *icuncula Mariana.* A. G. *scutulum coronatum Hungariae.* HI. HV. B. REX. Caput laureatum, ad humerum, et pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

ARCHID. AVS. D. BV. M. MOR. CO. TY. 1714. Aquila biceps, nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere

cinctum, in quo sunt Insignia Hisp. Boh. Austr. Burg. cum parmula coronata Hungariae in medio sita. K. B. *Arg. Flor.*

8. et 9. Alii duo huic similes, anni 1715. *Arg. Flor. Tab.* 59. *N.* 85.

10. Alius anni 1717. praecedentibus similis. *Arg. Flor.*

11. et 12. Alii ejusdem inscriptionis ac typi, sed annorum 1718. et 1722. *Arg. Fl.*

13. CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. HI. H. B. REX. Initio hujus Inscriptionis Scutulum coronatum Hung. in fine autem icuncula Mariana. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

ARCHID. AV. D. BV. M. MOR. COM. TY. 1736. Aquila biceps cum omnibus attributis, quae sunt N. 7. descripta. K. B. *Arg. Fl.*

14. Alius anni 1740. similis praecedenti. *Arg. Fl.*

15. CAROL. VI. D. G. R. IMP. S. A. G. HISP. HV. BO. REX. Rhombus, in quo est Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere; inter scutulum coronatum Hung. et icunculam Marianam. Infra in parmula occurrit ¼ quadrantem Thaleri solidi, seu ½ fl. indicans.

ARCHIDVX. AVS. DVX. BV. MA. MOR. CO. TIR. 1718. Rhombus, in quo est aquila biceps cum attributis supra descriptis, habens in pectore Insignia Hungariae, et Bohemiae cum parmula Austriaco-Burgundica in medio sita. N. B. *Arg. Medius Fl. Tab.* 59. *N.* 86.

8. PATRONA. HVNG. 1740. Deipara coronata, nimbata, sedens, cum sceptro in dextera, et Jesulo, habente globum crucigerum, in sinistra. Sub pedibus luna.

CAR. VI. D. G. R. I. S. A. G. H. H. B. R. Scutum coronatum complectens utrumque Insigne Regni Hung. K. B. *Denarius ex argento impurissimo. Ibidem N.* 92.

9. et 10. Alii similes. *Den.*

d) *Moneta cuprea militaris pro Xenodochio Pestinensi.*

1. Aquila biceps, nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore parmulam, characteribus C. VI. inscriptam fasciae Austriacae.

PESTIENSIS XENODOCHII MONETA MILITARIS. Scriptum in laurea, in qua superius est Numerus 3. parmulae inscriptus. *Aereus. Ibidem N.* 93. Exempl. 2.

2. Alius minoris formae cum Numero 1. parmulae inscripto, praecedenti similis. *Aereus.* Exempl. 3.

3. Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis, habens in pectore parmulam Austriacam characteribus C. VI. inscriptam.

Laurea, in cujus medio Numerus 4. *Aereus.*

4. Alius similis, minoris formae, cum Numero 2. in laurea. *Aereus.*

5. Alius

5. Alius minimi moduli, praecedentibus duobus similis, cum Numero 1. in laurea. Æ.

Numos Transilvanicos Caroli VI. vide P. III. hujus Catalogi.

XLIX.

Mariæ Theresiæ ab A. C. 1740. ad 1780.

Numi memoriales, et Monetae currentes *Aur. Arg. Aer.*

A) Memoriales, serie chronologica.

a) *Nativitas M. Theresiae* 1717.

1. ELISAB. CHR. CAR. VI. AVGVSTA. MATER PAT. Protome Elisabethae Augustae pectore tenus. Infra: C. THIRMAN.
RENASCENS SPES ORBIS. Infra: FOECVNDIT. AVG. NATA ARC. M. TH. MDCCXVII. Sedens Augusta, manu dextra tenet impositam ad cornucopiae prolem, sinistra florem. In pavimento. T. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab. LX. N.* 1.
2. Alius similis. *Aur. pond.* 8. *ducat.*

b) *Ejusdem Connubium cum Francisco Lotharingo.* 1736.

3. THERESIA ET FRANCISCVS SPONSI. Amborum capita jugata, dextrorsum spectantia. Infra: *P. P. Werner.*
CONNVBIVM ILLVSTRAT FATVM. A. CH. MDCCXXXVI. Duo corda laureata, ardentia,

super ara, in cujus medio duae dexterae junctae, et in lateribus hinc parmula Austriaca, inde Lotharingica, cum duabus taedis a tergo decussatim positis, ad basim vero duae Sphynges excubantes, globumque pedibus stringentes. *Arg.* 1¾ *Semunc. Ibidem N.* 2.

3. Antica eadem, quae praecedentis.

SPES NOVA GERMANIAE. Infra: MDCCXXXVI. D. XII. FEBR. Franciscus I. et M. Theresia stantes dextris junctis, evolante supra nubes Aquila coronata, et ex nubibus descendente Angelo cum parmula T. F. inscripta. Ad latus sinistrum sedet Mulier turrita, Scuto GERMANIA sculpto innixa, ad pedes jacente anchora. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Ibidem N.* 3.

5. FRANC. III. LOTHARINGIC. THERES. AVSTRIAC. Capita amborum jugata, dextrorsum conversa.

VOTORVM TANDEM COMPOTES. Infra: CELEB. NVPT. DIE XII. FEB. MDCCXXXVI. Religio stans dextera manu coronat duo corda flagrantia arae imposita, sinistra tenet Crucem. *Aur. pond.* 3. *Ducat. Ibidem N.* 4.

6. Alius similis. *Arg. pond.* ¼ *Semunc.*

c) *M. Theresiae, et Francisci adventus Florentiam* 1739.

7. FRANCISCVS. LOTHARING. TERESA. AVSTRIACA. ETR. M. DVCES. Amborum Capita jugata, sinistrorsum spectantia, Francisci laureatum, ad pectus cum aureo vellere.

SPES PVBLICA. Infra: ADVEN. OPT. PRINC. MDCCXXXIX. Francisco Equiti, portam triumphalem ingressuro, Mulier turrita Leoni insidens, et manu altera tenens ramum, de adventu gratulatur. *Arg. Semunc.*

d) *M. Theresiae praestitum ab Austria homagium Viennae* 1740.

8. IVSTITIA ET CLEMENTIA. Stans Leo Bohemicus dextero pede tenet Crucem Hungaricam, sinistro Scutum Austriae.

Corona Archiducalis, et haec epigraphe: MARIAE THERESIAE HVNGAR. ET BOH. &C. REGINAE ARCHID. AVSTRIAE HOMAGIVM PRAESTIT. VIENNAE. 22. NOV. 1740. *Aur.* 1¼ *Duc.*

e) *Corregens M. Theresiae declaratus Franciscus.*

9. FRANC. III. LOT. & BAR. DVX. M. D. HETR. REX HIER. R. HV. BO. & PROV. AV. CORREG. Protome Francisci paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. In brachio. D. BECKER. F.

M. THER. D. CAR. CÆS. FIL. HV. & BOH. REX. AR. AVST. Protome M. Theresiae pectore tenus. Infra: *Arg. fig. ovalis, pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 5.

10. FRANC. III. &c. ut in Antica praecedentis.

TV. DOMINE. SPES. MEA. Scutum coronatum, pro telamonibus habens utrinque Aquilam tam in capite, quam in collo coronatam, et

cruce patriarchali ornatam in pectore, quae ambae simul tenent torquem aurei velleris. In ipso autem scuto sunt Insignia Hierosolymae, Hung. Boh. Provinciarum Austriae, Ducatus Barrensis, cum parmula Lotharingico-Hetruriae in medio sita. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. fig. oval. Ibidem N.* 6.

f) *Nativitas Josephi II. Archid.* 1741. 13. *Martii.*

11. FRANC. D. G. D. LOTH. M. D. HETR. MAR. THER. D. G. R. HVNG. BO. A. D. AVSTR. Duo Capita sese respicientia, Francisci nudum, M. Theresiae coronatum, infra quae occurrit tertium infantile, sub quo legitur: IOSEPHVS N. XIII. MARTII MDCCLI. Est quoque artificis nomen infra Caput Reginae sculptum P. P. WERNER.

FELIX TEMPORVM REPARATIO. Labarum, monogrammate Christi insignitum, in campo erectum. Ad latera; hinc pars urbis Viennensis, supra quam tres aves Lotharingicae in linea diagonali sursum volantes, inde Mons S. Leopoldi, et flexus Danubii, in cujus dextera ripa supra navim in sicco positam, inversamque, conspicua est militaris armatura. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.*

12. IOSEPHVS. ARCH. AVST. REGI. HVNG. & BOH. LOTH. & MAG. HETR. PRINCEPS. Caput nudum, sinistrorsum spectans, in medio laureae. Sub humero sculptum artificis nomen: D. BECKER F.

NATVS MDCCLI. DIE. XIII. MARTII. Hercules in cunis, discerpens angues. *Aur. pond.* 15. *Ducatorum.* figurae ovalis. Elegantis caelaturae.

13. Alius similis. *Arg. pond.* 2. *Semunc.*

14. MARIA THERESIA HVNG. BOH. REG. ARCHID. AVST. Protome Reginae, pectore tenus. Infra: V.

IN MATRE VTRAMQVE SEQVOR. Infra: IOSEPHVS NATVS XIII. MARTII. MDCCXXXXI. V. Puerulus stans coronatus, simulque pileo, et reliquo amictu hungarico conspicuus, gladioque praecinctus, inter Palladem, et Bellonam medius. Pallas hastae innixa, tabellam REGNO inscriptam, porrigit, noctuam retro habens; Bellona clypeo munita, vexillis, ac tormentis bellicis adstat, manuque dextera bellicum ostentat sceptrum. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 63. *N.* 26. Elegans.

15. Alius similis, *ex aere magni moduli.*

16. AVSTRIACORVM SPES ET DELICIAE, Caput Infantile Josephi Archiducis.

PRINCEPS IVVENTVTIS ET ORDINIS. Scutum Austriae coronatum pileo Archiducali, et cinctum torque aurei velleris. *Aur. pond.* ¼ *ducati.*

17. Alius similis *arg. pond. drachm.*

g) *M. Theresiae Coronatio Posoniensis* 1714.

18. MARIA THERESIA AVGVSTA. Hujus protome, sinistrorsum spectans, pectore tenus. *Infra:* A. WIDEMAN.

APOSTOLICI REGNI HONORIFICENTIA. Infra: VNCTIO REGIA POSON. XXV. IVN. MDCCXLI. Regina coronata Equo generoso insidens, dextraque manu ensem vibrans, sub qua urbs et arx Posoniensis in prospectu. *Aur. pond.* 5. *Ducat. Tab.* 61. *N.* 11. Elegans; habuit ansulam pro gestamine.

19. Alius ejusdem inscriptionis, ac typi, a *M. Donner factus.* Argenteus, crassiusculus, *pond.* 4. *Semunc. Tab.* 60. *N.* 9. Elegans.

20. Alius similis ab eodem *Donner. ex aere Cyprio magni moduli.* Elegans.

21. Alius similis ab *A. Wideman. Arg. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 61. *N.* 13.

22. MARIA THERESIA HVNG. BOH. REG. ARCHID. AVST. Hujus protome, ut in praecedentibus. *Infra:* V. notat *Vestnerum.*

NEC PRISCIS REGIBVS IMPAR. *Infra:* CORONATA POSON. XXV. IVN. MDCCXXXXI. Regina coronata in Posoniensi colle Regio equitans, rituque solemni gladium vibrans, adstantibus duobus geniis alatis, quorum alter scuto Hungariae innixus, altera manu novam Reginam ostentat; alter palmae, et olivae ramos dextera manu elevat, sinistra alios humero suo admovet. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 62. *N.* 12.

23. Alius similis, ab eodem *Andrea Vestner. Arg. deauratus pond.* 1⅓ *Semunc.*

24. Corona Hungariae a duobus Angelis sustentata, infra quam Epigraphe: MARIA THERESIA IN REG: HVNGARIAE CORONATA POSON: 25. IVN. 1741.

IVSTITIA ET CLEMENTIA. Leo bohemicus coronatus erectus dextro pede Crucem hungaricam tenet, sinistro Scutum Austriae. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Tab.* 60. *N.* 8.

25. Corona Hungariae, sine Angelis. Epigraphe eadem, quae in praecedente, cum eodem quoque typo Aversae. *Aur. pond.* 1¼ *Ducat. Ibidem N.* 10.

26. Alius similis. *Aur. pond.* ¾ *Ducat. Ibidem N.* 7.

27. Item alius similis *ex argento parvi moduli.*

28. MARIA THERESIA. D. CAES. FIL. HVNG. & BOH. REX. ARCH. AVSTR. Protome Reginae, sinistrorsum, pectore tenus. *M. Donner F.*

IVSTITIA ET CLEMENTIA. Leo Bohemiae coronatus, erectus, Crucem Hungariae, et scutum Austriae tenens. *Arg. fig. oval. pond.* 5. *Semunc. Tab.* 61. *N.* 14. Elegans.

h) *De pace Wratislaviensi.* 1742.

29. MARIA THERESIA D. G. REG. HVNG. BOHEM. ETC. Effigies Reginae, sinistrorsum, capite coronato, pectore loricato. *Infra:* M. HOLTZHEY FEC.

FACTA FELIX GERMANIA PACE. *Infra:* BRESLAV. MDCCXLII. Germania sedens in nube, manu dextera tenet duos clypeos, Insignia Reginae Hungariae, et Regis Borusiae continentes, simulque cornucopiae; altera caduceum, ac oleae ramum, ad quam conversus belli Imperator infra stans, adjuvante alio Praefecto militari, Bellonam, humi fracto gladio, abjectaque hasta, et clypeo, sedentem, catena revincit, ac de pace confecta gratulari videtur. Juxta sunt in prospectu civitates, agri, colonus arans, fluvii, et navigantes. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

30. FRIEDE. FRIEDE. *Infra*: PVBLIC. IN BRESLAV. D. 27. IVNII. Duo scuta colligata, Borussicum, et Hungaricum, supra quae columba volans cum oleae ramo.

ES KOMT GOTT EH WIR VNS VERSEHN VND LAESSET VNS VIEL GVTS GESCHEN. In area superiore Triangulum radians, divinae Providentiae symbolum. *Arg. pond.* ½ *Semunc.*

i) M. THERESIÆ *Coronatio Pragensis.* 1743.

31. Corona Bohemiae, sub qua est pomum Imperii, cum ense, sceptroque, ac lauri, palmaeque ramis decussatis. Epigraphe: MARIA THERESIA HVNGARIAE BOHEMIAE &C. REX ARCHIDVX AVSTRIAE CORONATA PRAGAE XII. MAII. MDCCXLIII.

In Aversa: IVSTITIA ET CLEMENTIA. Leo Bohemiae cum Cruce Hungariae, et scuto Austriae. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

32. Corona Bohemiae incumbens duobus palmae, laurique ramis in decussim positis: Inscriptio: MARIA THERESIA HVNGAR. BOHEM. &C. REX ARCHID. AVSTRIAE. CORONATA PRAGAE. 12. MAII. 1743.

IVSTITIA. ET CLEMENTIA. Leo Bohemiae, uti supra, stans erectus cum Cruce Hung. et Scuto Austr. *Aureus pond.* ¼ *Ducati.*

33. Alius huic similis, *arg. magnit. grossi tricrucigeri.*

34. MARIA THERESIA AVGVSTA. Effigies Reginae, sinistrorsum, pectore tenus. Infra: A. WIDEMAN.

FELICITATIS PVBL. REPARATIO. *Infra:* VNCTIO REGIA PRAG. XII. MAII. MDCCXLIII. Regina coronata, vestem S. Wenceslai induta, gladioque praecincta stans d. sceptrum, simulque scutum Bohemiae, s. pomum Imperii tenet. Juxta est in mensula pileus Archiducalis culcitrae impositus. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.* Elegans.

35. Antica eadem, quae praecedentis. Sed *M. Donner Fecit.*

FELICITATIS PVBL. REPARATIO. *Infra:* VNCTIO REGIA PRAG. XII. MAII. 1743. Regina coronata sedens, dextrorsumque respiciens, manu dextera innititur Scuto Bohemiae, simulque remum gerit, sinistra Palladium at-

tollit. In pavimento M. D. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

36. MAR. THERESA REG. VNG. & BOH. CORON. PRAGAE. 12. MAII. 1743. Effigies Reginae sedentis cum Sceptro pomoque crucigero, quam Dea Justitia, monstrum Invidiae calcans, coronat, adstante, simulque coronam eandem tenente Genio alato, qui altera manu tubam ori admovet.

OMNIA VINCIT VIRTVS. Turris pro excubiis cum vexilló supra posito. Ad latera sunt hinc flores in vasculo, inde ramus, et bilanx; infra vero globi, clava, caduceus. *Numus ex aere flavo fusus.*

k) *Titulus Imperatricis Romanorum datus M. Theresiae jam eodem anno 1743. ob felices armorum progressus, in sequentibus Numis.*

37. MARIA THERESIA AVGVSTA ROMANORVM IMPERATRIX. Hujus Effigies pectore tenus, sinistrorsum. Infra: A. R. W. f.

MATER CASTRORVM. Imperatrix sub imagine Palladis armatae stans galeata, hastata, cum clypeo Insignia suorum Regnorum continente. Juxta sunt Castra in prospectu. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.* Elegans.

38. Antica eadem, quae praecedentis, ab eodem *Adamo Rudolpho Werner facta.*

GLORIOSA VICTRIX ANIMORVM. SAECVLI DECVS. 1743. Imperatrix habens in capite sidus Veneris, in curru a duabus columbis supra

nubem evecto sedet; infra stantibus quatuor puerulis, qui sua eidem corda offerunt, quae manibus attollunt. Hanc Numismatis partem sculpsit P. P. W. seu *Petrus Paulus Werner, Adami Rudolphi pater. Arg. pond.* 2½ *Semunc.* Elegans.

1) *Numismata Anni 1744. de Connubio M. Annae Austriacae cum Carolo Lotharingo; ac de Praga per Borussiae Regem capta, eodemque anno per Carolum Lotharingum subsidio Britanniae recepta.*

39. M. ANNA ET CAROLVS SPONSI. Amborum Capita jugata, sinistrorsum.

NEXV ANTIQVO. MDCCXLIV. VII. IAN. Scutum Austriaco Lotharingicum cum duabus taedis nuptialibus retro in decussim positis. *Arg. pond.* ½ *Semunc.*

40. PRAG VON K. M. IN PREVSSEN EROBERT D. 16. SEPT. 1744. ZVM DRITTEN MAHL IN 3. IAREN. Conspectus urbis, et arcis Pragensis.

DIE WELCHE SIEGES FAHNEN SCHWINGEN LASS HERR AVCH BALD DEN FRIEDEN BRINGEN. Supra hanc epigraphen est Tropaeum ex vexillis, tormentis, hastis, et galea. *Arg. pond.* ¾ *Semunc.*

41. Effigies Caroli Lotharingi, qua Ducis Exercitus, Equo insidentis.

SVBSIDIO BRITANNIÆ PRAGA RECEPTA. 1744. Urbs, et Arx Pragensis in prospectu. *Aereus.*

m) *De pace, Anno* 1745. *cum Electore Bavariae facta, et subsecuta* FRANCISCI *electione, atque coronatione in Regem, ac Imp. Romanorum.*

42. MARIA THERESIA HVNG. BOH. REG. ARCHID. AVST. Hujus Effigies, pectore tenus.

PVLCHRVM DARE ORBI QVIETEM SECVLO PACEM SVO. *Infra:* PACE INTER REG. HVNG. ET ELECT. BAVAR. SIGNATA. XIX. APR. MDCCXLV. Mulier stolata stans manu dextera ostentat Templum Jani clausum, sinistra oleae ramum attollens. *Aereum magni moduli, a Vestnero factum.*

43. FRANCISCVS. D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HIER. REX. LOTH. BAR. ET M. HET. DVX. Effigies Francisci laureati, paludati, loricam squameam induti, ad pectus cum aureo vellere, et magna Cruce Ordinis Florentini. *F. Würth fecit.*

FRANCISCVS HIER. REX. LOTH. BAR. ET M. HETR. DVX. ELECTVS IN REGEM ROMANOR. CORONATVS FRANCOF. 4. OCTOB. 1745. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

44. NOMEN DOMINI TVRRIS FORTISSIMA. Aquila simplex coronata, alis expansis.

FRANCISC. D. G. ROM. REX FELIC. ELECT. FRANCOF. D. 13. SEPT. 1745. *Aureus simplex.*

45. FRANCISCVS D. G. ROM. IMP. SEMP. AVG. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere. *A. R. WERNER F.*

ORDO ET FELICITAS. *Infra:* CORONAT. D. 4. OCTOB. 1745. Imperator sub imagine Apollinis sedens in globo, Aquila bicipite insignito, dextera manu tenet remum, sinistra lyram, et coronatur ab advolante Victoria. *Arg. pond.* 1 $\frac{2}{3}$ *Semunc.* Elegans, *ab I. L. Oexlein factum Numisma.*

46. FRANCISCVS D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HIER. REX. LOTH. BAR. ET M. HETR. DVX. Effigies pectore tenus Francisci laureati, paludati! squameam loricam induti, ornatique aureo vellere, ac magna Cruce Ordinis Florentini.

DEO ET IMPERIO. Corona, cum pomo Imperii, sceptroque, et ense decussatim culcitrae impositis in ara, supra quam radiat nomen Dei in triangulo. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Numisma elegans, factum *a F. Würth.*

47. FRANCISCVS HIER. REX. LOTHA. BAR. ET M. HETR. DVX. ELECTVS IN REGEM ROMAN. CORONATVS FRANC. 4. OCT. 1745. Supra hanc epigraphen pendet Corona Imperialis.

DEO ET IMPERIO. et reliqua, uti in Aversa Numi praecedentis. *Arg. pond.* $\frac{1}{2}$ *Semunc.*

48. FRANCISCVS I. D. G. ROM. IMP. SEMP: A. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

DVCVM MAXIMVS. *Infra:* FELICIT. ELECT. D. 13. SEP. 1745. Mensa pretioso tapete strata, in qua sunt duae coronae Imperii Romano-

Germanici, pomumque crucigerum, ensis, ac sceptrum. *Arg. pond.* ¼ *Semunc.* Elegans.

n) *Numisma ejusdem anni* 1745. *de primo Lapide Lincii posito sub fundamentis Templi, sanctae Elisabethae dicati.*

49. IMP. FRANC. AVG. ET M. THERES. AVGG. Amborum Capita jugata, sinistrorsum spectantia, Francisci laureatum, pectore tenus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

Laurea, et in hujus medio haec epigraphe: LAPIDI VIVO ANGVLARI GLORIA. PIENTIS. OPTIMORVMQ. PRINC. IVSSV SAC. AEDIS DIVAE ELISABETHAE DEDICATAE PRIM. LAP. POS. FERD. BONAV. COM. A. WEISSENWOLF PROVINC. SVP. AVSTR. PRAEF. MDCCXLV. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

o) *Numismata iconica M. Theresiae, hujusque Conjugis Augusti, sine Anni Nota, verisimiliter tamen durante primo Regni decennio signata.*

50. FRANC. ROM. R. *sic.* IMP. A. M. THER. AVG. HVNG. BO. R. Amborum Capita ad invicem conversa, Francisci laureatum, ad pectus cum lorica, paludamento, et aureo vellere. Sub Imperatoris brachio est nomen OTHO, et sub Imperatricis brachio cognomen HAMERANI.

AETERNITAS IMPERII. Duarum prolium capita nuda sese respicientia, Josephi videlicet,

et Caroli, recens nati. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Tab.* 61. *N.* 15. Elegans.

51. M. THERESIA. D. G. R. I. HV. BO. REG. Hujus effigies pectore tenus. In margine IF.

IVSTITIAM ET CLEMENTIAM COMITATVR FELICITAS. Gladius, et lauri ramus, decussatim jacentes super inverso cornucopiae, ex quo defluit pecunia, simulque laurea, et palmae ramus. *Arg. pond.* 1⅓ *Semunc. Ibidem N.* 16.

52. MAR. THERES. R. I. AVGVSTA. Caput, pectore tenus, sinistrorsum. Infra: W.

IVSTITIA ET CLEMENTIA REGNORVM FVLCRA. Imperatrix coronata sedens in decumbente Leone Bohemico dextera tenet scutum Hungariae, sinistra gladium, et palmae ramum. *Arg. pond.* ½ *Semunc. Ibidem N.* 17.

53. MARIA THERESIA ROM. IMP. HVNG. BOH. REX. PR. TRANS. Protome Imperatricis laureatae, pectore tenus. Infra: H.

DIGNA ORBIS IMPERIO. Victoria stans, atque in pectore solem habens d. tenet hastam, s. lauream; juxta pedes jacet cornucopiae, profundens opes. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Ibidem N.* 18. Elegans.

54. M. THERES. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Reginae, pectore tenus.

FRANC. D. G. R. I. S. A. GER. IER. REX. Caput Imperatoris laureatum, ad pectus cum aureo vellere. *Aur. simpl. Tab.* 63. *N.* 34.

55. FRANCISCVS D. G. ROM. IMP. S. A. GERM. HIER. REX. LOTH. BAR. ET. M. HETR. DVX.

Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

M. THERESIA D. G. ROM. IMP. GER. HVNG. & BOH. REG. ARCH. AVST. Protome Imperatricis, cum peplo in capite, et ad pectus cum paludamento. Infra: A. W. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.* Elegans.

56. FRANC. D. G. R. IMP. S. A. GER. HI. REX. LO. BA. ET M. HET. DVX. Protome, ut supra.

M. THERESIA D. G. ROM. IMP. HVNG. & BOH. RE. A. A. Protome cum peplo, et paludamento. ut in praecedente. *Arg. pond.* ¾ *Semunc.* Elegans.

57. FRANC. D. G. R. I. S. A. GE. IER. R. LO. B. M. H. D. Protome Francisci laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere.

M. THER. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. R. A.A. D. B. C. T. Protome Theresiae Augustae sine peplo, ad pectus cum paludamento. *Arg. pond.* ½ *Semunc. Tab.* 63. *N.* 33.

58. Alius huic similis, *arg. pond. drachm.*

p) *Ob Nativitatem Archid. M. Amaliae.* 1746.

59. MARIA THERESIA AVGVSTA ROMANORVM IMPERATRIX. Protome Imperatricis pretiosis monilibus ornatae, pectore tenus. Infra: A. R. W. f.

AMORIS ET PACIS PIGNVS. *Infra:* FECVNDITAS AVGVSTAE. AD D. 26. FEBR. 1746. Pallas, ac Cynthia manu ducentes infantem pileo Archiducali coronatam. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.*

Tab.

Tab. 62. *N.* 19. Elegans. *ab Ad. Rud. Werner incisum.*

q) *Ob erectum Viennae Collegium Theresianum eod. anno* 1746.

60. IMP. FRANC. AVG. ET M. THERES. AVG. Amborum Capita jugata; Francisci laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

HAC ITVR VIA. Aedes Collegii Theresiani, et Pallas nobili puerulo, librum gestanti, ostendens viam ad Templum Sapientiae, quod supra montem arduum stat in nube lucida. Infra legitur: INSTITVT. NOBILIORIS IVVENT. THERESIANVM ERECTVM. MDCCXLVI. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Numisma elegans a *Krafftio* factum.

r) *Ob Nativitatem Leopoldi II. anno* 1747.

61. MARIA THERESIA AVGVSTA ROMANORVM IMPERATRIX. Hujus Protome, pectore tenus.

VICTORIAE ET PACIS PRAENVNTIVS EXOPTATISSIMVS. *Infra*: PETRVS NATVS AD D. V. MAII. 1747. Augustae coronatae sedenti, ac dextra clypeum Austriae, sinistra puerulum recens natum in gremio suo tenenti, Victoria affert tres laureas, Pax vero ramum olivae junctum palmae ramis. *Arg. pond.* 2½ *Semunc.* Elegans. *Anticam fecit Adam. Rud. Werner, Aversam hujus pater.*

62. ARCHIDVCVM GENETRIX DIVVMQVE HOMINVMQVE VOLVPTAS. Effigies M. Theresiae, ad pectus cum paludamento.

MARIA THERES. AVG. NOVIES FECVNDA. Infra: NAT. CAES. PRINC. MDCCXLVII. Regina coronata sedens ante lectum binas proles gestat, adstantibus duobus filiis ad latus dextrum, tribusque filiabus ad sinistrum. Sedes ornatur corona, et duabus columbis. Supra lectum sunt in nube duae stellae, quae alias duas proles mortuas, atque in coelum translatas indicant. Reliquum utrinque spatium quibusdam velut floccis, rorem benedictionis de coelo cadentem significantibus, plenum est. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 62. *N.* 20. Elegans. *ab I. L. Oexlein.*

s) *Ob instauratum Viennae Monasterium Minoritarum anno* 1748.

63. IMP. FRANC. AVG. ET M. THERES. AVG. Amborum Capita jugata; Francisci laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

Laurea, in cujus medio haec epigraphe: ASCETERII FF. O. M. S. FR. CONV. AD S. CRVCEM VIEN. VIVENTE SERAPH. PATRE. AN. MCCXXIV. FVNDATI. MDCCXLVIII. KAL. AVG. INSTAVRATI. PIETATIS AVG. MON. POS. IOSEPHVS COM. KEVENHÜLLER S. C. M. SVPR. CVB. PRAEF. *Arg. pond.* 2. *Semunc*

t) *Ob instauratas metallorum fodinas anno 1749. et constituta studiis rei metallicae, artisque monetariae praemia.*

64. CONCORDIA VNIONE. 1749. Pyramis, in qua Sol inter dimidiam rotam, et binos malleos decussatos occurrit.

ET CLEMENTIA INSTAVRATA. 1749. Alia pyramis, in qua est Corona, duo mallei decussati, et litera K, Cremnicium indicans. *Arg. et Aereus parvi moduli. Tab.* 63. *N.* 28.

65. MAR. THERESIA. PIA. AVG. FEL. REI METALLVR. RESTAVRATRIX. Protome Augustae cum tribus parmulis ab humero pendentibus, Hungariae videlicet, Bohemiae, et Austriae Insignia exhibentibus, ad pectus vero cum capite Medusae. *Infra*; G. TODA. F.

GEOMETRIÆ MINEROLOGICÆ STVDIVM PRÆMIAT. Tres geometrae laborantes, unus delineando, et calculando, alii dimetiendo. Humi jacent varia artis instrumenta, cum acu magnetica. Juxta est mons excavatus, atria, tabernae, arbusculae. Eminus turres, ac tecta vicinae urbis conspicua sunt. Hanc aversam sculpsit *M. D. Matthias Donner.* Anticam vero *Georg. Toda. Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 62. *N.* 21. Elegans.

66. Antica eadem, quae praecedentis.

PROBATORIÆ ET SEPAR. ARTIS STVDIVM PRÆMIAT. Theatrum Chimicum, in quo ad fornacem ardentem occupatur artifex. In pa-

vimento sunt varii generis vasa, et instrumenta, ac tabella numerica, nec non bilanx supra mensulam pendens. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Ibidem N.* 23. Elegans. In hoc Numismate solius *Toda* nomen occurrit.

67. Antica eadem, quae sub Num. 62. ab eod. *Toda.*

METALL. FODINARVM CVLTVRÆ STVDIVM PRÆMIAT. Fodina patens infra montem, in qua alii mineris frangendis, alii iisdem evehendis occupantur. in conspectu sunt quoque aliquot machinae, fossoresque descendentes, et ascendentes. Supra montem vero tecta conica tabernarum, operarii, arbuscula. In latera occurrit MD. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Ibidem N.* 22. Elegans.

68. MAR. THERESIA PIA AVG. FEL. REI METALLVRG. RESTAVRATRIX. Protome Augustae cum tribus parmulis ab humero pendentibus, Austriae, Hung. Boh. et capite Medusae supra pectus. M. DONNER F.

ARTIS MONETARIÆ STVDIVM PRÆMIAT. Fornax liquatoria, tria vascula, et prelum monetarium, viris duobus circa illud occupatis, quorum alter sedens Numos typario subjicit, alter ope vectis et cochleae idem typarium subjectis Numis adprimit. *Arg. pond.* 1¾ *Semunc. Ibidem N.* 24. Elegans. Utramque Numismatis partem *Donner* fecit.

u) *In Memoriam Jubilei anno 1750. celebrati.*

69. FRANCISCVS ET THERESIA. Duae Protomae capitibus jugatis, Francisci laureato capite, ad pectus cum paludamento, lorica, et vellere aureo. Infra: I. WVRSCHBAVER.

IMPERIO ET EXEMPLO. Infra: AN. IVB. MDCCL. Duae manus ex nubibus protensae, intermedio lucido astro, remum simul tenent, impositum globo terraqueo inter Lotharingiae, et Austriae scuta posito. Juxta est I. W. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Tab.* 63. *N.* 27.

x) *Ob Xenodochia militaria Viennae fundata anno* 1750. *et* 1751.

70. PROVIDENTIA AVGVSTAE. *Infra*: MILES EMERITVS. CONDIGNE NVTRITVS. MDCCL. Aedes Xenodochii militaris, ac trophaeum ante has positum ex vexillis, et armis hostium; infra quod miles altero pede amisso in cespite sedens.

Aversa exhibet Aquilam bicipitem, nimbatam, coronatam, alis expansis, habentem in pectore Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Regnorum, et Provinciarum Monarchiae Austriacae. *Arg. pond.* 4. *Semunc.* Elegans.

71. IMP. FRANC. AVG. ET M. THERES. AVG. Amborum Capita jugata, Francisci laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

Pars aversa constat sola inscriptione hac: VINDICATIS VNDIQVE AB HOSTIVM INVIDIA PROVINCIIS MILITI DEFENSORI VASTVM HIC CONTVBERNIVM FVNDITVS EXCITATVM IVSSV ET SVMPTV AVGVSTAE AVSTRIADVM HEROIS MARIAE THERESIAE ROMANORVM IMPERATRICIS HVNGARORVM ET BOHEM. REGIS PIAE FORTIS FELICIS MEMORENT POSTERI EX HOC MONVMENTO SVBTERRANEO AVGVSTIS MANIBVS POSITO A. D. MDCCLI. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

y) *Numisma primi lapidis positi pro Templo Elisabethinarum Brunensium sanctis tribus Magis dedicato, Anno* 1751.

72. IMP. FRANC. AVG. ET M. THERES. AVG. Amborum Capita jugata, Francisci laureatum, pectore paludato, loricato, ornatoque vellere aureo.

In laurea ex duobus palmae ramis facta haec Epigraphe: MARIA THERESIA AVGVSTA, PIA, CLEMENS, IVSTA, SANCTIS TRIBVS MAGIS DEDICATAE PRO SACRIS VIRGINIBVS, SVB INVOCATIONE DIVAE ELISABETHAE AD FAMVLANDVM DEO ET PROXIMO DEVOTIS, HVIVS AEDIS PRIMVM LAPIDEM PONENDVM IVSSIT MDCCLI. *Arg. pond.* 2. *Semunc.*

z) *De Patriarchatu Aquilejensi pacis causa in Metropoles Goricensem et Vdinensem mutato. Anno* 1751.

73. IMP. FRANC. AVG. ET M. THERES AVG. Capita jugata, uti in praecedente.

QVOD INTER STATVS AVSTR. ET VENET. DISSIDIA FOVIT PATRIARCH. AQVILEIENSI IN METROPOLES GORICENS. ET VDIN. MVTATO, SEDENTE BENEDICTO XIV, IMPERANTIB. FRANC. ET M. T. AVGG. SVBLATVM PAX SVBDITIS REDDITA MDCCLI. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

aa) *De Adventu Imp. Francisci I. in fodinas Hung. inferioris.* 1751.

74. FRANC. IMP. AVG. M. THERES. HVNG. REG. Amborum Capita, ad sese conversa, coronata, Francisci Imperiali, Theresiae Hungarica coróna.

ADVENTVS AVGVSTI IN FOD. HVNG. INFER. MDCCLI. Imperatori advenienti Cives montani cum vexillo obvii debitos exhibent honores. *Aureus pond.* 3. *ducat. Tab.* 63. *N.* 29. Elegans.

75. Alius similis *ex argento pond.* ½ *Semunc.*

76. Antica eadem, quae praecedentis.

FORTVNAE REDVCI. *Infra:* ADV. AVG. IN FOD. H. I. MDCCLI. Mulier turrita in rupe sedens, et ex cornucopiae monetas effundens, manu altera porrigit mineram auri Mercurio acce-

denti cum caduceo. *Aureus pond.* 2. *ducat. Ibidem N.* 30. Elegans.

77. Alius similis *ex argento pond.* ½ *Semunc.*

78. Antica eadem, quae Num. 71. est descripta.

ADVENTVS AVGVSTI IN FODINAS HVNGARIAE INFERIORIS MDCCLI. in fine duo malleoli decussati. *Aur. simpl. Ibidem N.* 75.

79. Alius similis, *arg. magnit. grossi tricruciferi.*

bb) *Numisma fundatae Neostadii Academiae militaris, anno* 1752.

80. IMP. FRANC. AVG. ET M. THERES. AVG. Amborum Capita jugata, Francisci laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

MILITARIS INSTITVENDAE IVVENT. SACRVM VOLVERVNT NEOSTADII. MDCCLII. Aedes amplissimae Neostadiensis Academiae, ante quas erecta est Martis statua super basi, circa quam jacent globi, tormenta bellica, hastae, vexilla. Juxta sunt duo genii cum instrumentis scientiae militaris. In conspectu quoque sunt figurae militares cum vexillo progredientes. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

cc) *Numus Archiduci Josepho dicatus, dum legionem equestrem Hungaricam, sibi ab Augusta matre collatam, capesseret, anno* 1752.

81. IOSEPHVS ARCHIDVX AVSTRIAE. Effigies Josephi Archiducis, chlamidati, tunicati, armatique more Equitum Hungarorum, in Equo dextrorsum currente, manu dextera gladium vibrantis, Sole prope horizontem conspicuo infra collem arbusculis consitum.

VTROQVE. *Infra*: MDCCLII. Caput Jani bifrontis, cum gladio, et caduceo in decussim positis, supra basim Scuto coronato Austriae insignitam. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

dd) *Numi praesente M. Theresia Augusta procusi in Nova Domo Monetaria Viennensi, anno* 1753. *et* 1754.

82. M. THERES. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae, pectore tenus.

Scutum Austriae coronatum duobus lauri et palmae ramis impositum, sub quo legitur: AVGVSTA PRÆSENTIA NEO DOMVM MONETARIAM PRIMO HOC NVMO CONSECRAT. IV. SEPT. MDCCLIII. *Arg. magnitudine grossi tricruciferi.*

83. MAR. THERESIA. PIA. AVG. FEL. REI. METALLVRG. RESTAVRATRIX. Protome Augustae cum pendentibus ex humero parmulis Austriae,

Hung. et Bohemiae, et ad pectus cum capite Medusae. *Infra:* G. TODA. F.

AVREA CONDET SECVLA. *Infra:* PRÆSENTE AVGVSTI NVMINE. MDCCLIV. XVI. MAII. Apollo cum bilance, et cornucopiae numos effundente, stans inter prelum monetarium, et fornacem liquatoriam. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.* Elegans.

ee) *Numisma fundatarum Pragae illustrium Virginum, anno 1754.*

84. IMP. FRANC. AVG. M. THERES. AVG. Amborum capita jugata, Francisci laureatum, pectore tenus, cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

Aversae Inscriptio: IMMACVLATAE BEATAE MARIAE VIRGINI FRANCISCI ET THERESIAE AVGVSTORVM MVNIFICA PIETATE VIRGINES ILLVSTRES FVNDATAE. AN. CH. MDCCLIV. *Arg. pond.* 2. *Semunc.*

ff) *Novae Aedes Academiae Viennensis positae 1756.*

85. Antica eadem, quae praecedentis.

MVNIFICENTIA AVGVSTORVM. *Infra:* ACADEMIA VIENNENSIS. MDCCLVI. Conspectus aedium Viennensis Academiae. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

86. Alii duo praecedenti similes. *Arg. magnit. Vicenarii, et Grossi.*

gg) *Numi symbolici Archiducum Josephi, Caroli, Leopoldi, Ferdinandi, Maximiliani, filiorum Augustae M. Theresiae, sine Anni nota.*

87. IOSEPHVS ARCHIDVX AVSTRIAE. Hujus effigies, ad pectus cum lorica, paludamento, et aureo vellere.

PRO DEO ET POPVLO. Gladius in libro aperto jacens super basi quadrata. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.* Elegans.

88. CAROLVS ARCHIDVX AVST. Protome Caroli Archiducis loricati ad pectus cum paludamento, et aureo vellere. *Infra:* A. WIDEMAN.

PRVDENTER AC FORTITER. Leo erectus anteriorem dextrum pedem globo terraqueo imponit, sinistro speculum tenet, cui serpens circumvolvitur. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Tab.* 62. *N.* 25. Elegans.

89. PETRVS LEOPOLDVS ARCHIDVX AVSTRIAE. Protome Leopoldi loricati, paludati, ad pectus cum aureo vellere. A. WIDEMAN.

HIC LABOR HIC REQVIES. Arbor Palma multis palis et virgultis circumsepta. Extra septum alia arbuscula, plantae, colliculi, villa, et G. T. F. id est: *Georg. Toda fecit. Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

90. FERDINANDVS ARCHID. AVSTR. Protome Ferdinandi, adversa fronte, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. *A. Wideman.*

PRO FIDE ET LEGE. Segmentum globi terraquei, super quo jacet liber apertus et supra hunc gladius laureatus. In area superiore Oculus divinae Providentiae radians intra nubes. *Arg. pond.* 2. *Semunc. Tab.* 63. *N.* 32. Elegans.

91. Alius similis, a *F. Würth* factus, in quo tamen Protome est sinistrorsum spectans. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

92. MAXIMILIANVS ARCHIDVX AVST. Protome Maximiliani, sinistrorsum spectantis, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. *A. Wideman.*

FORTITVDINE. Leo in duos pedes erectus, dextro anteriore gladium tenens. P. K. *Krafft sculpsit. Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 35. Elegans.

93. Alius huic similis, *arg. pond.* ½ *Semunc. Ibidem N.* 36.

hh) *Ordo militaris Theresianus institutus* 1757.

94. IMP. FRANC. AVG. ET M. THERES. AVG. Amborum Capita jugata, Francisci laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

PRAEMIO VIRTVTI BELLICAE CONSTITVTO. MDCCLVII. D. XVIII. IVN. Victoria inter vexilla, tympana, tormenta, aliaque arma, stans dextera tenet pendentem ex ligula Crucem novi ordinis militaris Theresiani, sinistra palmae

ramum. T. F. *Toda fecit. Arg. pond. 2. Semunc. Tab. 64. N. 37.* Elegans.

ii) *Borussi ad Colinum victi. Praga obsidione liberata. 1757.*

95. FRANCISCVS M. THERESIA AVGG. Amborum Capita jugata, Francisci laureatum, ad pectus cum paludamento, lorica, et aureo vellere.

BORVSSIS DEVICTIS. MDCCLVII. IVN. D. XVIII. Victoria stans in congerie armorum, et vexillorum Borussicorum d. extenta gerit lauream, s. demissa Scutum Austriae, et palmae ramum. *Arg. pond. 2. Semunc.* Elegans.

96. FRANCISCVS ET THERESIA AVGG. Amborum Capita jugata, Francisci laureatum, ad pectus cum lorica squamea, paludamento, et aureo vellere; Theresiae autem cum serie unionum.

FRANGIT DEVS OMNE SVBERBVM. *Infra:* RESTAVRATA FELICITATE PVBLICA. MDCCLVII. XVIII. IVNII. Pallas galeata cum hasta et aegide sedens, ac dexterae digitum intendens in fulmen de coelo lapsum, quo vertex altae pyramidis fractus, ac dejectus est. Nomen artificis A. MOLL. in utraque hujus numismatis parte occurrit. *Arg. pond. 2. Semunc.* Elegans.

97. Antica eadem, quae N. 90. descripta.

PRAGA OBSIDIONE LIBERATA. XX. IVNII. MDCCLVII. Mulier turrita stans d. lauream tenet, sinistra Scuto urbis Pragensis innititur:

fluvio juxta sedente cum urceo MVLDAVIA inscripto, ex quo aqua profluit, ac remo in manu sinistra. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

kk) *Olomucium liberatum: et caesi ad Hochkirchen Borussi* 1758.

98. FRANCISCVS M. THERESIA AVGG. Capita jugata, uti N. 90.

BORVSSORVM COMMEATV INTERCEPTO. OLOMVTIVM LIBERAT. II. IVL. MDCCLVIII. Pallas galeata, hastata, stans in medio armorum manu altera accipit lauream, quam sibi porrigit Mulier turrita, flexo genu, tenens scutum Moraviae. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

99. Antica eadem, quae praecedentis.

FVSO HOSTE CASTRIS DIREPTIS TORMENTIS BELL. CAPT. CI. AD HOCHKIRCH. XIV. OCT. MDCCLVIII. Victoria stans in medio Castrorum direptorum, captorumque signorum, ac tormentorum bellicorum, dextera ostentat lauream, sinistra palmae ramum. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

ll) *Dresda recepta: et Borussi ad Maxen victi.* 1759.

100. Nomina, et effigies Francisci, et M. Ther. Augg. uti supra.

DRESDA RECEPTA FAMILIA REGIA LIBERATA. ARMIS IMPER. ET AVSTR. DIE IV. SEPTEMBRIS MDCCLIX. Mars galeatus, hastatus, stans,

Mulierem turritam adloquitur, quae manu sinistra tenet partem ruptae catenae, dextera innititur Scuto civitatis Dresdensis, fluvio juxta accumbente cum remo, catenaque soluta, et urceo ALBIS inscripto. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

101. FRANCISCVS M. THERESIA AVGG. Capita jugata, uti supra.

HOST. AD DEDIT. COACT. XII. MIL. DVCES CAPTI SIGNA REL. CXX. *Infra*: DE BORVSS. AD MAXEN. DIE XXI. NOVEMB. MDCCLIX. Miles Borussicus galeatus loricatus ad pedes Ducis Austriaci stantis galeati, paludati, loricati, hastati, vexillum, et sclopum deponit. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

mm) *Borussi ad Landshut victi: et Glacium captum.* 1760.

102. Antica eadem, quae praecedentium.

BORVS. CASTR. VIRT. SVPERAT. SPOLIIS PART. CAPTO DVCE. AD LANDESHVT. DIE IVN. XXIII. MDCCLX. Tropaeum ex vexillis, et armis Borussicis inter castra, et Landshutum. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

103. FRANCISCVS M. THERESIA AVGG. Capita jugata, uti supra.

SECVRITAS BOHEMIÆ. GLACIVM RECEPT. XXVI. IVL. MDCCLX. Dux galeatus, loricatus stans inter duas arces, dextera strictum tenet ensem, sinistra Scutum urbis Glacensis. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

nn) *Nuptiae Josephi Archiducis cum Isabella Bourbonia celebratae eodem anno* 1760.

104. IOSEPH. A. A. ELISAB. BOVRB. PHILIP. HISP. INF. FILIA. Effigies utriusque, pectore tenus, Capitibus jugatis. A. W.

FELIX CONNVBIVM. CELEBRAT. VINDOB. VI. OCT. MDCCLX. Cupido stans dextera tenet duo serta, sinistra taedam ardentem admovet arae, in cujus latere aliae binae taedae in decussim positae. *Aureus pond.* 3. *Ducat.* Elegans.

105. Alius similis a *Wideman* factus. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

106. Alius minoris formae. *Arg. pond. didrachm.*

oo) *Obitus Archiducis Caroli*, *anno* 1761.

107. CAROLVS ARCHIDVX AVSTRIAE. Hujus protome, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. *A. Wideman.*

PARENTVM AMORI ET LVCTVI PVBLICO SACRVM. *Infra:* NATVS I. FEBR. MDCCXLV. OB. XVIII. IAN. MDCCLXI. Urna sepulcralis, cui insidet Fama alis expansis, dextera tenens iconem defuncti Archiducis, sinistra tubam. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Tab.* 64. *N.* 38. Elegans.

pp) *Schweidnicium captum* 1761.

108. FRANCISCVS M. THERESIA AVG. Amborum Capita jugata, sinistrorsum; Francisci laureatum,

tum, ad pectus cum lorica, paludamento, et aureo vellere.

SCHWEIDNITIVM INTRA TRES HORAS VI CAPTVM. I. MENS. OCTOB. MDCCLXI. Ichnographia urbis Schweidnitii, juxta flectente genu Muliere turrita, quae coronam muralem dextra manu porrigit Duci Austriaco galeato, loricato, sinistra tenens Scutum Silesiae. *Arg. pond.* 2. *Semunc.* Elegans.

qq) *Obitus Joannae Gabrielae Archid.* 1762.

109. IOANNA GABR. ARCHID. AVSTR.. Hujus protome, pectore tenus. *A. Wideman.*

NATA. IV. FEB. MDCCL. SIDERIBVS RECEPTA XXIII. DEC. MDCCLXII. Archidux Joanna cum hasta pura, et velo stellato ab Aquila in coelum sublata. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 64. *N.* 39. Elegans.

rr) *Finis belli Borussici Septennalis* 1762. *Pax Hubertoburgensis anno* 1763.

110. HERR MACHE GANZ VND FEST DEN FRIED AN ALLEN ORTEN. Manus de Coelo protensa tenens ramum olivae, et ex nube lucida spicae frumenti, botri, papaver, aliique fructus in subjectum corbem cadentes.

GOTT LOB DER KRIEG HAT EIN (*sic*) 1762. Vocabulum ENDE, seu Finis, intelligitur ex Tympano fracto, ac perforato, quod hic in cespite jacet cum duobus vexillis, et lancea.

Arg. pond. ½ Semunc. Numus in Silesia procusus elegante caelatura.

111. FRANC. I. R. I. MAR. THER. I. FRID. AVG. III. R. F. E. S. FRID. IV. R. B. E. B. Horum quatuor Capita jugata, supremo Francisci laureato, uti et postremo Friderici Borussorum Regis. Infra: I. THIEBAVD FECIT.

SIT FIRMA PER AEVVM. Mulier coronata stans cum clypeo GERMANIA inscripto, et Dea Pax cum olivae ramo jungunt dextras ante columnam, palmae frondibus circumvolutam, supra quam est Oculus radians divinae Providentiae. In Scuto eidem Columnae adfixo legitur: VBERTOBVRGVM D. XV. FEBRV. MDCCLXIII. *Argenteum* hoc Numisma est opus toreumaticum, forma pyxidis orbicularis elaboratum, intus continens alios novem Numos in chartis depictos, ad historiam belli septennalis spectantes. *Arg. diametro Thaleri, sed levior. Vendebatur Augustae Viudelicorum apud Jac. Langenbucher.*

112. FRANCISCVS M. THERESIA AVGG. Amborum capita jugata, Francisci laureatum, ad pectus cum lorica, paludamento, et aureo vellere. Infra: A. WIDEMAN.

MINERVAE PACIFICAE. *Infra:* DIE XV. FEBR. MDCCLXIII. Minerva pacifica stans ad aram, Scuto Austriae insignitam, d. caduceum tenet, s. cornucopiae. Humi jacent clypeus Medusae capite horrens, et hasta. *Arg. pond. 2.*

Semunc. Elegans. Aversam quoque a Würth factam indicat A. W. in basi arae.

113. IAM REDIRE AVDET. *Infra:* GERMANIA PACATA. Mulier stolata, succincta stans Capite sinistrorsum verso, manu dextera gerit sceptrum, laeva spicam. In agro subjecto Colonus arans.

NVNCIA PACIS. D. 15. FEBR. MDCCLXIII. Palatium Hubertoburgense Electoris Saxoniae. In pavimento sculptum nomen artificis OEXLEIN. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.* Elegans.

114. GENVNG GEFOCHTEN VND GESIEGT. Miles galeatus loricatus sedens inter duas arbores, quarum alteram dextera comprehendit, sinistra clypeum aquila Borussica insignem tenens. Humi jacet fax belli extincta, corbe cum frugibus juxta posito.

DA VNS DIE FRIEDENS POST VERGNÜGT. *Infra:* 1763. Tabellarius in Equo ad cursum concitato inflans cornu, prope quod sculptum est FRIEDE. *Arg. pond.* ¼ *Semunc.*

ss) *Obitus Elisabethae Bourboniae, Josephi Conjugis.* 1763.

115. IOSEPHVS ARCHIDVX AVSTRIAE. Hujus protome, sinistrorsum spectantis, ad pectus cum lorica, paludamento, et aureo vellere. *Wideman.*

ELISABETH. BORBON. CONIVGI OPTIMAE. Infra: OBIIT. 27. NOVEM. MDCCLXIII. Urna sepulcralis, supra quam Caput defunctae, dex-

trorsum spectans, sub Conopeo; et utroque in latere sedens mulier lugubri habitu. *Aureus decuplus*. Elegans.

116. Alius similis, ab eodem *Wideman*. *Arg. pond.* 1½ *Semunc*. Elegans.

tt) *Josephi Archiducis Electio et Coronatio in Regem Romanorum*. 1764.

117. DOMINE SALVVM FAC REGEM. PS. XIX. V. 10. Effigies Josephi II. capite coronato Imperii corona, stolamque, et pluviale induti, sinistrorsum, medio corpore. Infra: KRAFFT. F.

IOSEPHVS II. ARCHID. AVST. ELECTVS ET COR. ROM. REX. FRANCOF. 1764. Repraesentatio caerimoniarum unctionis, et coronationis ad aram in Templo, Imperatore Francisco, novi Regis patre, praesente. *Arg. pond.* 6. *Semunc.* Elegans.

118. IOSEPHVS II. D. G. ROM. REX. S. A. GERM. REX. HVNG. BOH. &C. PRIN. HEREDITA. A. A. &c. Protome Josephi laureati, loricati, paludati, ad pectus cum aureo vellere. Infra: A. WIDEMAN.

Corona Imperii, sub qua Epigraphe: IOSEPHVS HVNG. BOHEM. ETC. PRINC. HERED. ARCHID. AVSTR. ETC. ELECTVS IN REGEM ROMANOR. CORONATVS FRANCOF. 3. APRILIS. 1764. *Arg. pond.* 2. *Semunc.*

119. VIRTVTE ET EXEMPLO. Globus terraqueus, remo, et ense laureatis ornatus, supra quem

est radians divinae Providentiae Oculus in triangulo.

Corona Imperii, sub qua Epigraphe: IOSEPHVS HVNG. BOHEM. &c. Reliqua ut in aversa Numi praecedentis. *Aureus pond.* ¼ *Ducat.*

17. Aureus simplex Cremnicensis anni 1753. in quo omnia, uti N. 11. descripta sunt. *Depictus Tab.* 69. *N.* 91.

18. Alius similis, anni 1755. simplex.

19. Aureus simplex Nagybanyiensis anni 1755. est similis descripto sub N. 15.

20. Aureus simplex anni 1756. cum Augustae capite in una, et Aquila bicipite in parte altera, similis descripto hic sub N. 14.

21. Alius simplex Nagybanyiensis ejusdem anni 1756. cum imagine Deiparae, et Capite Augustae, uti N. 15.

22. Alius simplex Cremnicensis, cum imagine Deiparae sedentis, et Reginae coronatae stantis, ejusdem anni 1756. similis descripto sub N. 11.

23. Simplex Cremnicensis, anni 1757. typo solito Reginae stantis, ac Deiparae sedentis.

24. Simplex Caesareus cum Aquila bicipite, et capite Augustae, eodem anno 1757. signatus.

25. Simplex Cremnicensis, anni 1758. consueto stantis Reginae, ac sedentis Deiparae typo.

26. Alius Cremnicensis simplex anni 1759. typo consueto.

27. Ejusdem anni Nagybanyiensis cum Augustae Capite in una, et effigie Mariana in altera parte. Siglae N. B. occurrunt infra iconem Marianam ad latera parmulae Hungariae.

28. Ejusdem anni aureus Caesareus cum Augustae capite, et Aquila bicipite.

29. M. THERES. D. G. R. IMP. GE. HV. BOH. REG. Hujus Caput, pectore tenus.

PATRONA REGNI HVNGARIAE 1760. Deipara coronata, nimbata, undique lucida, sedens d. sceptrum, s. Jesulum radiantem, benedicentem, habentemque globum crucigerum, tenet. Sub pedibus nubecula, et luna; infra hanc parmula coronata Hungariae inter N. et B. *Aur. simpl. Nagybanyiensis. Tab. 69. N. 95.*

30. M. THER. D. G. R. I. G. H. B. R. A. A. D. B. C. T. Augusta coronata stans solitis cum attributis. K. B.

PATRONA. REGNI. HVNGARIÆ. 1761. Deipara coronata &c. ut in praecedente, sed ad latera parmulae Hungaricae non sunt siglae. *Aur. simpl. Cremnicensis.*

31. M. THERES. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae, pectore tenus.

ARCHID. AVST. DVX BVRG. COM. TYR. 1761. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Burg. Tyrol. cum parmula coronata Austriae in medio posita. *Aur. simpl. Caesareus. Tab.* 69. *N.* 87.

32. *Aureus simplex Nagybanyiensis* anni 1764. in quo omnia, uti hic sub N. 29. descripta sunt.

33. M. THER. D. G. R. I. G. H. B. R. A. A. D. B. G. T. Augusta coronata, palliata, ense praecincta stans d. sceptrum, s. globum crucigerum. Infra est Numerus 2. inter duos palmae ramusculos. In area: K. B.

PATRONA. REGNI HVNGARIAE. 1764. Deipara coronata, nimbata, undique lucida, sedens d. tenet sceptrum, s. Jesulum nimbatum, benedicentem, habentemque globum crucigerum. Sub pedibus nubecula, et luna, infra hanc parmula coronata Hung. inter duos palmae ramos. *Aureus duplus Cremnicensis.*

34. M.

A. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG.
ustae, pectore tenus.
'ST. DVX. BVRG. COM. TYR. 1765.
s nimbata coronata, alis expan-
i pectore Scutum coronatum, in
gnia Hung. Boh. Burgund. Tyrol.
a coronata Austriae in medio
Infra est Numerus VI. in par-
s *Sextuplus Caesareus.*

). G. et reliqua omnia, uti N. 33.
nt, sed cusionis annus est 1765.
crimen est in siglis, quia non tan-
currit ad latus utrumque Augustae
im etiam ad latera Deiparae se-
e est literas K. et D. *Aureus du-*
plus Cremnicensis. Ibidem N. 92.

36. Alius aeque duplus, ejusdem anni, et cum iisdem siglis.

37. Alius duplus Cremnicensis, more consueto cum siglis K. B. tantum. *Ibidem N.* 94.

38. M. THER. D. G. R. I. G. H. B. R. A. A. D. B. C. T. Stans Augusta solitis cum attributis. K. B.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. Effigies Deiparae more solito cum sceptro, et Jesulo, luna, et parmula. *Aur. simpl. Cremnic. Ibidem N.* 93.

39. M. THERES. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae, pectore tenus.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. Effigies Mariana sine sceptro, cum Jesulo tantum. Sub pedi-

bus nubecula, luna, et parmula Hungariae inter literas N. B. *Aureus simpl. Nagyban.*

40. Alius ejusd. anni aeque simplex *Nagybanyiensis* praecedenti similis.

41. M. THERES. &c. ut supra. Caput Augustae, pectore tenus.

ARCHID. AVST. DVX BVRG. COM. TYR. 1765. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Burg. Tyrol. et in medio parmula Austriae. *Aureus simplex, Caesareus vocatus.*

42. M. THERES. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput velatum Augustae, pectore tenus.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1768. Deipara coronata nimbata sedens cum sceptro, et Jesulo pomum crucigerum tenente. Sub pedibus nubecula, et luna, infra hanc parmula coronata Hungariae inter literas B. et L. *Aur. simpl.*

43. Alius huic similis, etiam quoad siglas B. L. sed annum habens 1769. *Aur. simpl. Ibidem N.* 96.

44. Alius cum capite velato Augustae, et effigie Mariana, siglisque B. L. uti N. 42. sed annum habens 1771. *Aur. simpl.*

45. Alius similis, anni 1775. in quo siglae infra iconem Marianam ad latera parmulae Austriaco-Hungaricae sunt B. V. *Aur. simpl. Ibidem N.* 97.

46. In alio simili annum 1779. habente, aeque simplici aureo, eaedem literae B. V. dicto loco recurrunt.

47. M. THERES. D. G. R. IMP. HV. BO. REG. Caput Augustae peplo viduitatis velatum.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1780. Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, in lucida nube sedentis, cum sceptro in dextera, et Jesulo nimbato globum crucigerum tenente in sinistra. Sub pedibus luna, infra hanc parmula quasi Austriaco-Hungarica inter siglas: I. B. et I. V. *Aur. simpl. Tab. 69. N. 98.*

b) *Moneta major argentea. Thaleri.*

1. MAR. THERESIA D. G. REG. HVNG. BO. Caput Reginae, pectore tenus.

S. MARIA MATER DEI PATRONA HVNG. 1741. Beata Virgo coronata, nimbata, palliata, radiis circumfusa, stans in concavitate lunae, d. tenet sceptrum, s. Jesulum nimbatum, habentem globum crucigerum. Sub luna est parmula coronata Hungariae. In area: Siglae: K. B. In exteriore Circulo: IVSTITIA. ET. CLEMENTIA. *Arg. Thalerus. pond.* 1½ *Semunc.*

2. In Antica eadem epigraphe, (sed in fine BOH.) idemque Caput Reginae.

ARCHID. AVST. DVX BVRG. COM. TYR. 1741. Scutum coronatum, cujus latera ornantur capitibus gryphorum, et pendentibus encarpis, et in quo sunt Insignia Hung. Boh. Burgund.

Tyrol. cum parmula coronata Austriae in medio posita. *Arg. Thal. Tab. 70. N.* 100.

3. MAR. THERESIA D. G. REG. HVNG. BOH. Protome Reginae, pectore tenus.

ARCHID. AVST. DVX. BVRG. COM. TYR. 1744. Scutum coronatum, quod pro telamonibus habet duos gryphos, stantes in basibus palmae et lauri ramo exornatis, quodque continet Insignia Hungariae, Hispaniae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Burgundiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Tyrolis, Lotharingiae, Transilvaniae, Habspurgi. *Arg. Thal. Ibidem N.* 101.

4. MARIA. THERESIA. D. G. REG. HVNG. BOH. ARCH. AVST. Protome Reginae, pectore tenus. In area occurrit N. 2744. nigro colore exaratus.

MEDIOLANI DVX. ETC. 1744. Scutum coronatum, in quo medium locum occupat minus aliud Scutum, exhibens Boam Mediolanensem cum Aquila simplice alternantem. Huic imminet parmula coronata Austriae, inter Crucem hungaricam, et leonem Bohemicum sita. Infra quae sunt Baltei Burgundici, et Aquila Tyrolensis. *Arg. magnit. et pond. Thaleri ex officina Mediolanensi. Peripheria Numismatis irregulariter circumcisa.*

5. M. THERES. D. G. REG. HV. BO. Hujus Protome pectore tenus.

S. MARIA MATER DEI PATRONA HVNG. 1745. Effigies Deiparae stantis in luna, et reliqua omnia, uti N. 1. *Arg. Thal. Ibidem N.* 108.

6. M. THER. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. R. A. A. D. B. C. T. Protome Augustae, pectore tenus.

S. MARIA MATER DEI PATRONA HVNG. 1752. *in fine crucula Burgundica.* Deipara coronata, nimbata, circumfusa radiis, stans in luna, d. tenet sceptrum, s. Jesulum nimbatum radiatum, habentem globum crucigerum. Infra lunam parmula coronata Hungariae. In area: K. B. In circulo exteriore: IVSTITIA ET CLEMENTIA. *Arg. Thal. Ibidem N.* 103.

7. Alius anni 1757. praecedenti similis cum exiguo hoc discrimine, quod caput Jesuli ambiat circulus non radiatus: et siglae K. B. inferiore loco sunt. *Arg. Thal.*

8. Alius anni 1758. aeque cum effigie Mariana, similis descripto sub Num. 6. Siglae K. B. hic occurrunt inferius ad latera parmulae coronatae Hung. *Arg. Thal. Ibidem N.* 104.

9. M. THERESIA D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Protome Augustae, pectore tenus.

S. IOACHIMS THALER AVSBEVTH. 1758. *in fine crucula Burgundica.* Aquila biceps nimbata coronata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, bipertitum, in quo a dextris stat S. Joachim, a sinistris Leo Bohemiae. Infra caudam Aquilae duo mallei decussati. In circulo exteriore: IVSTITIA ET CLEMENTIA.

Arg. Thal. in Valle Joachimica Bohemiae signatus, ejusdem ponderis cum Hungarico.

10. Alius Joachimicus anni 1759. praecedenti similis. *Arg. Thal.*

11. M. THER. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. R. A. A. D. B. C. T. Protome Augustae, pectore tenus, S. MARIA. MATER. DEI. PATRONA. HVNG. 1763. *in fine crucula Burgundica.* Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, stans in luna, d. tenet sceptrum, s. Jesulum cum nimbo radiato circa caput, habente globum crucigerum. Infra effigiem parmula coronata Hungariae inter literas K. B. In exteriore circulo: IVSTITIA ET CLEMENTIA. *Arg. Thal. Ibidem N.* 105.

12. Alius similis, ejusdem anni 1763. cum exiguo hoc discrimine, quod literae K. B. non ad latera parmulae, sed paulo supra locatae sunt. *Arg. Thal.*

13. Alius huic similis, anni 1764. *Arg. Thal.*

14. Alius similis, anni 1765. *Arg. Thal.*

15. M. THERESIA D. G. R. IMP. G. HV. BO. REG. Protome Augustae pectore tenus.

S. ANNÆ FVND GRVBEN AVSB. THA. IN N. OE. (*Ausbeuth Thaler in Nieder Oesterreich.*) 1765. *in fine crucula Burgundica.* Aquila biceps coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum bipertitum, in quo a dextris est S. Anna sedens cum stante filia sua, sancta Maria, a sinistris vero fascia Austriae. Infra caudam Aquilae duo mallei decussatim

colligati. In circulo exteriore: IVSTITIA ET CLEMENTIA. *Thalerus ex Argento ad S. Annae in Austria inferiore eruto signatus, ejusdem cum Hungarico ponderis.*

16. M. THERESIA D. G. R. IMP. GE. HV. BO. RE. Protome Augustae, pectore tenus. Infra: A. S. In area a sinistris Nota incusa, exhibens in Scuto coronato pro Insigni ramum inflexum cum baccis.

ARCHID. AVST. DVX BVRG. CO. TYR. 1765. Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, in quo Insignia Regnorum et provinciarum hoc ordine occurrunt. Cor Scuti occupat Aquila Tyrolensis in parmula coronata. *In area superiore* 1) a dextris incipiendo primum est Insigne Dalmatiae. 2) Hungariae utrumque. 3) Hispaniae. 4) Bohemiae. 5) Croatiae. *In area media.* 1) Insigne Mediolani. 2) Austriae. 3) Burgundiae. 4) Carnioliae. *In area infima*: 1) Insigne Transilv. 2) Styriae. 3) Lotharingiae. 4. Carinthiae. 5) Goritiae. *Arg. Thal.*

17. M. THERESIA D. G. R. IMP. HV. BO. REG. Protome Augustae, viduitatis peplo velatae, pectore tenus.

ARCHID. AVST. DVX BVRG. CO. TYR. 1766. *in fine crucula Burgundica.* Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum cum supra positis duabus coronis, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Burgund. Provinciae Austriae ad Anasum, et in

medio parmulam coronatam Archiducatus Austriae. In area: E. C. S. K. In circulo exteriore: IVSTITIA ET CLEMENTIA. *Arg. Thal. Ibidem N.* 106.

18. S. MARIA MATER DEI PATRONA HVNG. 1775. *in fine crucula Burg.* Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, palliatae, in lucida nube sedentis, cum sceptro in dextera, et Jesulo nimbato in sinistra, qui solito majorem globum crucigerum in sinu gerit, manumque laevam attollit. Sub pedibus luna, infra hanc litera K. in parmula; et aliae juxta positae literae S. K. P. D.

M. THER. D. G. R. IMP. HV. BO. R. A. A. D. B. C. T. Scutum continens utrumque Regni Hungariae Insigne cum dependente Cruce magna Ordinis Equitum S. Stephani ex circumposito torque. Supra quod Corona Hungarica a duobus Angelis sustentatur. Infra Scutum ramus palmae laurique. *Arg. Thal. Tab.* 71. *N.* 108.

19. Alius anni 1779. praecedenti similis cum exiguo discrimine unius dumtaxat literae monetalis infra effigiem Deiparae in parmula, quae hic non K. est sed B. *Arg. Thal.*

20. Alius anni 1780. huic similis cum B. in parmula. *Arg. Thal.*

21. M. THERESIA D. G. R. IMP. HV. BO. REG. Protome Augustae, Capite velato, pectore tenus.

ARCHID. AVST. DVX BVRG. CO. TYR. 1770. *in fine crucula Burgundica.* Aquila biceps nim-

bata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum cum supra positis duabus coronis, in quo sunt Insignia Hungariae, Bohemiae, Burgundiae, Provinciae Austriae supra Anasum, et in medio parmula coronata Archiducatus Austriae. In area infra pedes Aquilae occurrunt literae Monetariorum propriae: I. C. F. A. *Arg. Thal. Ibidem N.* 107.

c) *Semisses Thalerorum, seu Floreni arg.*

22. MA: THERESIA: D: G: REG: HV: BO. Protome Augustae, pectore tenus.

S. MARIA MATER DEI PATRONA HVNG. 1744. Deipara coronata, nimbata, palliata, radiis circumfusa stans in luna cum sceptro in dextera, et in sinistra cum Jesulo globum crucigerum tenente. In area K. B. Infra effigiem parmula coronata Hungariae. In exteriore circulo: IVSTITIA ET CLEMENTIA. *Arg. Flor. pond.* ½ *Semunc.*

23. Alius huic similis anni 1745. *Arg. Flor.*

24. M. THER: D: G: R: I: G: H: B: R: A: A: D: B: C: T. Protome Augustae.

S. MARIA et reliqua omnia, uti N. 22. sed annus est 1746. *Arg. Flor. Ibidem N.* 109.

25. M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Protome Augustae, pectore tenus.

ARCHID. AVST. DVX. BVRG. CO. TYR. 1751. *in fine crucula Burg.* Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore

Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Dalm. Hung. Castiliae, Bohem. Croat. Tyrol. Burg. Mediol. Styr. Carniol. Carinth. Loth. Transilv. *Arg. Flor. Ibidem N.* 112.

26. M. THER. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. R. A. A. D. B. C. T. Protome Augustae.

S. MARIA. MATER. DEI. PATRONA. HVNG. 1754. *in fine crucula Burg.* Deipara coronata, nimbata, palliata, radiis circumfusa, stans in luna bicorni, dextra Jesulum radiantem, habentemque globum crucigerum, s. sceptrum tenet. Infra est scutulum coronatum Hung. *Arg. Flor. Ibidem N.* 110.

27. M. THERESIA D. G. R. I. HV. BO. REG. Protome Augustae peplo viduitatis velatae. Infra: A. S.

ARCHID. AVST. DVX. BVRG. CO. TYR. 1767. *in fine crucula Burg.* Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Scutum cum supra positis duabus coronis, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Burg. Tyrolis, cum parmula coronata Austriae in medio posita. *Arg. Flor. Ibidem N.* 111.

28. S. MARIA MATER DEI PATRONA HVNG. 1780. *in fine crucula Burg.* Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, palliatae sedentis in lucida nube, ac d. tenentis sceptrum, s. Jesulum nimbatum, habentem globum crucigerum, manu altera elevata. Sub pedibus luna, infra quam litera K. inscripta parmulae, et in lateribus aliae literae monetariae EVMD.

M. THER. D. G. R. IMP. HV. BO. R. A. A. D. B. C. T. Scutum exhibens Insignia Regni Hungariae circumdatum torque magnae Crucis Ordinis Equitum S. Stephani, supra quod est corona Hungarica a duobus Angelis sustentata. Infra scutum ramus palmae laurique. *Arg. Flor. Ibidem N.* 113.

29. Alius huic similis anni 1780. sed in quo literae monetales sunt S. K. P. D. praeter B. inscriptum parmulae. *Arg. flor.*

d) *Quadrantes Thalerorum solidorum, seu Medii floreni.*

30. MARIA THERESIA D. G. REG. HVNG. BOH. Rhombus, in quo est Caput Reginae, pectore tenus, et annus 1742. Infra effigiem in angulo abscisso occurrit Numerus 30. valorem totidem cruciferorum indicans.

ARCHID. AVSTRIÆ. DVX. BVRG. COM. TYR. Rhombus, in quo est Scutum coronatum inter duos lauri, palmaeque ramos, exhibens Insignia Hung. Boh. Burg. Tyrol. et parmulam coronatam Austriae in medio positam. *Arg. medius flor. pond. didrachm. Tab.* 71. *N.* 114.

31. MARIA THERESIA D. G. R. I. GE. HV. BO. REG. Rhombus, in quo Caput Augustae, pectore tenus. Infra quod est Numerus 30. in triangulo.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1748. Rhombus, in quo effigies Deiparae coronatae, nimbatae

sedentis iu lucida nube cum sceptro in dextra, et Jesulo nimbato pomigero in sinistra. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung. In area: N. B. *Arg. med. fl.*

32. Alius similis aeque Nagybanyiensis, in quo erronee sculptus est annus 1730. pro 1750. *Arg. med. flor.*

33. Alius similis, in quo post numerum anni 1751. sequitur crucula Burgundica, quae in duobus praecedentibus deest. *Arg. med. flor. Ibidem N.* 115.

34. M. THER. D. G. R. I. G. H. B. R. A. A. D. B. C. T. Rhombus, in quo Caput Augustae et infra hoc Numerus 30.

PATRONA REGNI HUNGAR. 1751. *in fine crucula Burgund.* Rhombus in quo Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, radiis circumfusae, tenentis in dextera sceptrum, in sinistra Jesulum nimbatum, habentem globum crucigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula coronata Hung. In area: K. B. *Arg. med. fl.*

35. et 36. Alii duo similes, aeque cum siglis K. B. annum habentes 1763. *Arg. med. flor.*

37. Alius his similis annum cusionis habens 1760. *Arg. med. fl.* Item alius anni 1765. Arg. med. fl.

38. MARIA MATER DEI PATRONA HUNG. 1767. *sequitur crucula Burgund.* Rhombus, in quo effigies Deiparae coronatae, nimbatae, in lucida nube sedentis cum sceptro in dextra, et Jesulo nimbato, globigero in sinistra. Sub

pedibus luna, infra hanc litera K. sub clausula. In area EVMD.

M. THER. D. G. R. IMP. HV. BO. R. A. A. D. B. C. T. Rhombus, in quo Scutum complectens Insignia Regni Hungariae, ornatum torque et magna Cruce Ordinis Equitum S. Stephani. Supra Scutum duo Angeli coronam Hungariae sustentantes: infra vero palmae, et lauri ramus, et Numerus 30. in angulo. *Arg. med. fl. Ibidem N.* 116.

38. Alius huic similis, cum anno cusionis 1768. *Arg. med. fl.*

39. Alius anni 1769. descripto sub Num. 37. similis. *Arg. med. fl.*

40. 41. et 42. Alii tres praecedenti similes, anni 1770. et sequentium duorum annorum: in quibus perinde praeter literam K. inferius positam, occurrunt in area literae E V M D. *Arg. med. fl.*

43. M. THERESIA D. G. R. I. HV. BO. GA. LO. REG. Caput Augustae velatum, impositum duobus palmae laurique ramis decussatis. Infra: XXXXVIII. EX MARCA PVRA VIEN.

In Aversa continuantur tituli: ARCHID. AVS. DVX. OSW. ZAT. 1775. Scutum coronatum, lateribus lemniscatis, habens pro telamonibus duos gryphos, et continens Insignia Galiciae, Lodomeriae, Oswicii, et in medio parmulam coronatam Austriae. Infra basim cui Scutum insistit sculptum est 30. KR. in spatio foliis et floribus infilatis clauso. In imo margine sunt

literae Monetariorum I. C. F. A. *Arg. med. fl. Ibidem N.* 117.

e) *Moneta minor argentea. Variae grossorum species. Vicenarii, seu grossi valore* 20 *cruciferorum.*

1. M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae in laurea, ex duobus palmae, laurique ramis facta.

PATRONA. REGNI. HVNGARIÆ. 1763. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, sedens d. sceptrum, s. Jesulum. Sub pedibus luna. Infra hanc basis cum inscripto Numero 20. exornata palmae, laurique ramo. Ad latera: K. B. *Arg. Vicenar. Tab.* 71. *N.* 118.

2. Alius similis, anni 1764. *Arg. Vicen. Tab.* 72. *N.* 119.

3. PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1773. *in fine crucula Burgundica.* Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, sedens in nube, cum sceptro in dextera, et Jesulo nimbato, globigero, in sinistra. Sub pedibus luna. Infra est Numerus 20. in parmula, lauri, palmaeque ramo ornata. In area: E. V. M. D.

M. THERESIA D. G. R. IMP. HV. BO. REG. Caput velatum Augustae in laurea, ex duobus palmae, et lauri ramis colligatis facta. *Arg. Vicenar. Ibidem N.* 120.

4. Alius similis, anni 1777. sed in quo literae monetariae sunt ex parte B. Virginis S. K. P. D. et infra Caput Augustae. B. *Arg. Vicen.*

5. Alius huic similis etiam quoad notas monetarias, anni 1778. *Arg. Vicenar.*

6. Alius ejusdem anni 1778. infra effigiem Marianam habet literas: I. B. I. V. nullam vero literam infra Caput Augustae. *Arg. Vicenar.*

7. Alius similis anni 1779. cum iisdem notis monetariis. *Arg. Vicenar.*

8. Alius ejusdem anni 1779. in quo Notae monetariae sunt eaedem, quas habet Numus N. 4. descriptus. *Arg. Vicenar. Ibidem N.* 121.

9. Alius anni 1780. praecedenti similis cum notis monetariis, S. K. P. D. *Arg. Vicen.*

f) *Mariani, seu grossi prius quindecim, dein septemdecim cruciferorum.*

1. PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1742. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, sedens in nube, d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum, globigerum. In area: K. B. Sub pedibus luna. Infra est Numerus XV. sub clausula.

M. THERES. D. G. REG. HV. BO. A. A. Caput Reginae, pectore tenus. *Arg. Marian. Ibidem N.* 122.

2. PATRONA. REGNI. HVNGA. 1743. Deipara coronata, nimbata, sedens, dextera tenet Jesulum, capite radiis circumfuso, benedicentem, et globum crucigerum majusculum gerentem. Infra est Numerus XV. In area: K. B.

M. THERES. D. G. REG. HV. BO. A. A. Caput Reginae, pectore tenus. *Arg. Marian. Ibidem N.* 125.

3. Alius similis, anni 1744. *Arg. Marian.*
4. Inscriptio, et effigies Mariana, uti N. 1. sed annus est 1747. et N. B.

M. THERESIA D. G. R. I. G. H. B. A. A. D. B. C. T. Caput Augustae, pectore tenus. *Arg. Mar. Ibidem N.* 123.

5. Alius similis anni 1748. cum N. B. *Arg. Mar. Ibidem N.* 124.
6. Alius anni 1749. in quo omnia uti N. 1. *Arg. Mar.*
7. Alius similis anni 1752. sed in quo jam sub effigie Mariana est Numerus XVII. *Arg. Mar.*
8. Alius anni 1753. aeque cum Numero XVII. *Arg. Mar.*
9. M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae, pectore tenus.

ARCHID. AVST. DVX BVRG. CO. TYR. 1762. *In fine crucula Burgundica.* Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Burg. Tyrol. et in medio parmula coronata Austriae. Infra Aquilam Numerus XVII. *Arg. Mar. Ibidem N.* 126.

10. Alius huic similis, anni 1763. *Arg. Mar.*

His accedit grossus quindecim cruciferorum pro Galicia, et Lodomeria signatus. Item alius pro Tyroli grossus decem cruciferorum cum fractione $\frac{1}{12}$ videlicet pars duodecima Thaleri solidi.

11. M. THERESIA D. G. R. I. HV. BO. GA. LO. REG. Caput Augustae velatum super duobus

palmae,

palmae, et lauri ramis. Infra est: XCVI. EX MARCA PVRA VIEN.

ARCHID. AVS. DVX OSW. ZAT. 1775. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Galiciae, Lodomeriae, et Oswicii. Latera Scuti ornantur encarpis, inferius coeuntibus in arcum, cui duo palmae, laurique rami suppositi sunt. Infra scutum: 15. KR. Notae monetales sunt C. A. in angulis expressae. *Arg. perforatus, florenus Polonicus quindecim cruciferorum. Ibidem N.* 127.

12. MAR. THERESIA D. G. R. I. G. HVNG. BOH. Caput Reginae.)(ARCHID. AVST. DVX. BVRG. COM. TYR: 1741. Scutum coronatum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Austr. Burg. et in medio parmula coronata Tyrolis. Infra scutum Numerus fractus $\frac{1}{12}$ significat partim duodecimam unius Thaleri biflorenarii seu 10 xferos. *Pond.* 42. *gran. argenti probi. Vid. Tab.* 72. *N.* 130.

g) *Grossi Denarii, et Septenarii.*

1. M. THER. D. G. REG. HV. BO. Caput Reginae, pectore tenus.

PATRONA. REG. HVNGA. 1741. Protome Deiparae coronatae, nimbatae, cum Jesulo benedicente, globumque crucigerum habente, a dextris, et cum sceptro a sinistris. Infra est Numerus 10. sub clausula. *Grossus Decenarius pond.* 42. *gran. probi argenti.*

2. Alius similis anni 1742. *Decenar. ejusd. pond.*
3. Alius anni 1744. ejusdem formae *Decenarius arg. in margine laesus.*
4. et 5. alii duo ann. 1745. similes descripto sub N. 1. *Decenar, arg. Ibidem N.* 128.

Sequuntur grossi Septenarii.

6. MARIA THERESIA D. G. REG. HVN. ET BO. Caput Reginae pectore tenus.

ARCH. AVST. DVX BVR. CO. TYR. 1744. Scutum coronatum exhibens Insignia Hung. Boh. Aust. Burgund. et in medio parmulam coronatam Tyrolis. Infra est Numerus VI. sub clausula. *Grossus Septenarius dictus, pond.* 48. *gran. argenti vilioris. Ibidem N.* 129.

7. Alius similis anni 1745. *Arg. Septenarius.*
8. FRANC. D. G. R. I. S. A. IER. R. LO. B. M. H. D. Caput laureatum Francisci Conjugis M. Theresiac, ad pectus cum aureo vellere.

IN TE DOMINE SPERAVI. 1765. *in fine crucula Burgund.* Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Lotharingiae, et Hetruriae. In area: K. B. Infra Aquilam Numerus VII. *Arg. Septenarius Cremnicensis.*

h) *Grossi tricruciferi.*

1. MAR. THERESIA D. G. REG. HVNG. BOH. Caput Reginae, pectore tenus.

ARCHID. AVST. DVX. BVRG. COM. TYR. 1741. Scutum coronatum exhibens Insignia Hung. Boh. Burg. Tyrol. et in medio parmulam Austriae coronatam. Infra est Numerus 3. sub clausula. *Arg. gross. tricruciferi perforatus.*

2. Alius anni 1742. cum hoc tantum discrimine, quod latera Scuti ornentur palmae, et lauri ramo. *pond. 25. gr. argenti impuri. Ibidem N.* 131.

3. 4. et 5. Alii tres praecedenti similes, annorum 1743—44—45. *Arg. gross. tricrucif.*

6. M. THER. D. G. R. I. G. H. B. R. A. A. D. B. C. T. Caput Augustae, pectore tenus.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1748. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa sedens d. sceptrum s. Jesulum solitis cum attributis. Sub pedibus luna, infra hanc Numerus 3. in parmula. In area K. B. *Arg. gross.*

7. Alius similis anni 1749. cum N. B. *Arg. gross.*

8. Alius similis, aeque cum N. B. sed anni 1752. *Arg. gross. Ibidem N.* 132.

9. Alius cum K. B. anni 1759. praecedentibus similis. *Arg. gross.*

10. Alius anni 1761. in quo omnia, uti N. 6. *Arg. gross.*

11. Alius anni 1765. similis praecedenti. *Arg. gross. Ibidem N.* 133.

12. M. THER. D. G. R. I. G. H. B. R. A. A. D. B. C. T. Caput Augustae velatum, pectore tenus, infra quod est B.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1773. *in fine crucula Burgnndica.* Deipara sedens solitis cum attributis. Infra est Numerus 3. sub clausula, et juxta hanc literae EVMD. *Arg. gross.*

13. Alius similis, annum cusionis habens 1779. in quo sub effigie Mariana sunt literae: I. B. I. V. *Arg. gross. Ibidem N.* 134.

14. M. THERES. D. G. R. I. HV. BO. REG. Caput velatum Augustae, pectore tenus: sub quo litera B.

PATRONA REGNI HVNGARIÆ. 1779. *in fine crucula Burgundica.* Deipara more solito cum sceptro, et Jesulo, ac luna, sub qua est basis Numero 3. signata, et in area, S. K. — P. D. *Arg. gross. Ibidem N.* 135.

15. M. THERES. D. G. R. I. HV. BO. REG. Caput Augustae velatum, pectore tenus.

ARCH. AVST. DVX. BV. CO. TYR. 1779. *in fine crucula Burgund.* Aquila biceps nimbata, coronata, alis expansis, habens in pectore Numerum 3. Infra pedes Aquilae occurrunt literae C. M. *Arg. gross. Ibidem N.* 136.

i) *Polturae argenteae.*

1. M. THER. D. G. R. I. GE. H. B. REG. Caput Augustae, pectore tenus.

POLTVRA. Effigies Deiparae cum sceptro, et Jesulo inter literas P. H. et K. B. annumque 1751. *Arg. polt. Ibidem N.* 138.

2. Alia similis, anni 1756. *Poltura arg. Ibidem N.* 139.

3. Alia similis anni 1758. *Poltura pond.* 14. *gr. argenti impuri.*

k) *Cruciferi arg.*

1. MAR. THERES. D. G. REG. HV. BO. Caput Reginae, pectore tenus.

ARCH. AVST. D BV. C. TYR. 1744. Scutum coronatum, continens Insignia Hung. Boh. Burg. Tyrol. et in medio parmulam coronatam Austriae. Infra Seutum est Numerus 1. in parmula. *Crucifer pond.* 15. *gr. arg. impuri.*

2. Alius similis, anni 1745. *Crucifer. arg. Ibidem* 140.

3. M. THER. D. G. R. I. GE. HV. BO. REG. Caput Augustae, pectore tenus.

PATRONA HVNG. 1756. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, sedens, d. Jesulum, s. sceptrum. Sub pedibus luna; infra hanc Numerus 1. sub clausula. In area: K. B. *Crucifer arg. Ibidem N.* 141.

4. Alius huic similis, anni 1758.

5. et 6. Alii duo huic similes, anni 1759. *Arg. Crucif.*

7. Alius Cremnicensis Crucifer anni 1860. *pond.* 14. *gr. argenti aere mixti.*

l). *Denarii arg.*

1. PATRONA HVNG. 1750. Deipara coronata, nimbata, sedens d. sceptrum, s. Jesulum, nimbatum, globigerum. Sub pedibus luna.

M. THER. D. G. R. I. G. H. B. R. Scutum coronatum, in quo est utrumque Insigne Regni Hungariae. In area: K. B. *Den. arg. pond.* 8. *gran. Ibidem N.* 142.

2. Alius similis anni 1752. *Den. arg.*

3. PATRONA HVNG. 1754. Deipara cum Jesulo a dextris, et sceptro in manu sinistra.

Aversa pars, uti supra. *Den. arg. Ibidem N.* 143.

4. Alius huic similis anni 1756. *Den. arg.*

5. et 6. Alii duo, anni 1760. in quibus aeque Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa Jesulum habet in dextera, sceptrum in sinistra manu.

Aversae Inscriptio, et Scutum Hung. uti N. 1. *Den. arg.*

m) *Moneta Cuprea. Polturae, cruciferi etc.*

1. M. THERES. D. G. R. I. GE. HV. BO. REG. Caput Reginae, pectore tenus, sub quo litera S.

POLTVRA. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa sedens, d. sceptrum, s. Jesulum, nimbatum, globigerum. In area: P. H. 1763. K. M. *Poltura cuprea, pondere Semunciae cum modico excessu.* Tab. 73. N.

2. Alius similis Numus anni 1765. *Poltura cupr. pondere Semunciae cum nonnullo defectu.*

3. M. THERES. D. G. R. I. G. H. B. R. A. AVST. Caput Augustae.

EIN KREVTZER. 1761. K. inscriptum spatio arcuatis ornamentis clauso. *Crucifer cupreus ponderans ½ Semunc. cum modico excessu.*

4. M. THERESIA D. G. R. I. HV. BO. R. A. A. Caput Augustae velatum.

EIN KREVTZER. 1780. K. in laurea ex duobus palmae, et lauri ramis facta. *Crucifer cupr. priore levior.*

5. M. THERES. D. G. RO. I. G. HV. BO. R. Caput Augustae.

½ K. inscriptum spatio arcuatis ornamentis clauso, sine anno. *Medius crucif. cupr.*

6. M. THERESIA D. G. R. I. H. B. R. A. AVST. Caput Augustae. velatum.

¼ KREVTZER. 1777. S. in spatio arcuatis ornamentis clauso. *Med. crucif. cupr.*

7. Alius similis, sed cum inscriptione Aversae ¼ KREVTZER. 1777. S. *Quadrans cruciferi cupr.*

8. PATRONA HVNGARIÆ. Effigies Deiparae coronatae, nimbatae, radiis circumfusae sedentis cum sceptro in dextera, et Jesulo in sinistra.

M. THERESIA D. G. R. IMP. HV. BO. REG. 1767. Scutum coronatum, in quo est utrumque Regni Hungariae Insigne. *Den. cupr.*

Numi Transilvanici. *M. Theresiae* Augustae describuntur P. II. hujus Catalogi.

L.

Josephi II. ab A. C. 1780. ad 1790.

Numi memoriales, et Monetae currentes Aur. Arg. Aer.

A) *Memoriales, iconici, Symbolici, historici, serie chronologica.*

Numi de Nativitate Josephi II. hujusque coronatione Francofurtensi, aliique illius nomine ante annum Christi 1780. memoriae causa signati, videantur in Serie Numorum memorialium *M. Theresiae* Augustae.

a) *Numi Symbolici, sine anno.*

1. IOSEPHVS II. D. G. R. IMP. G. ET H. REX COR. ET HER. R. H. B. A. A. D. B. ET L. M. D. H. &c. &c. Protome Imperatoris laureati, loricati, ad pectus cum aureo vellere, sinistrorsum. Infra: A. WIDEMAN.

VIRTVTE ET EXEMPLO. Globus terraqueus cum atmosphaera sua gladio, et remo laureatis, decussatis insignitus, supra quem est oculus divinae Providentiae in Triangulo radiante. *Aureus decuplus.*

2. Alius similis, ab eodem *Wideman. Arg. pond. Semunciae.*

3. IOSEPHVS II. AVGVSTVS. Caput laureatum. I. N. WIRT. F.

VIRTVTE ET EXEMPLO. Globus terraqueus, gladio, et remo laureatis, decussatis insignitus, nubique impositus, supra quem est oculus divinae Providentiae in triangulo radiante. *Arg. pond.* 2½ *Semunc. Tac.* 73. *N.* 1. Elegans.

b) *Josephi II. Successio haereditaria in Belgio agnita.* 1780.

4. MAR. CHRIST. AVST. ALB. CAS. SAX. DVX. BELG. PRAEF. Amborum Capita pectore tenus, ad sese conversa.

IOSEPHVS II. AVGVSTVS: MATERNI. IMPERII. ET. VIRTVTIS HERES. MDCCLXXX. *Arg. octogonus pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

c) *Ejusdem in Belgium adventus, et homagium Eidem praestitum Anno* 1781.

5. Antica eadem quae praecedentis.

IOSEPHI II. OPTIMI PRINCIPIS IN BELGICAM ADVENTVS MDCCLXXXI. *Arg. octogonus pond.* 1½ *Semunc.* Elegans.

6. IOSEPH. II. AVG. DVX BVRG. BRAB. COM. FLAND. Caput laureatum.

VINCVLVM FIDELITATIS PVBLICAE. MDCCLXXXI. Imperator coronatus, palliatus, sagatus, aureoque vellere ornatus stans, et Brabantia, seu mulier turrita, leone juxta cubante, genuflectens, dexteras imponunt arae rotundae intermediae. *Arg. pond. Semunc. prox.* Elegans.

7. IOSEPH. II. et reliqua ut supra. Caput laureatum.

VINCVLVM FIDELITATIS PVBLICAE. MDCCLXXXI. *Aureus simp.*

d) *Libertas Religionis ab Josepho II. Protestantibus et Judaeis data anno* 1781.

8. AMOR ET DELICIAE GENERIS HVMANI. Protome Imp. Josephi II. in veste Legionis germanicae, capite nudo, ad pectus cum aureo vellere, et Insigni Ordinis militaris Theresiani.

QVID POTVIT TOTA CONTINGERE VITA LAETIVS. Pyramis inter arbusculas ornata palmae ramis, adstante Genio artis sculptoriae cum stylo, hanc Pyramidis epigraphen terminante: LIBERTAS RELIGIONIS A IOSEPHO II. IN TERRIS SVIS PROTESTANTIBVS ET IVDAEIS DATA. MDCCLXXXI. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 73. *N.* 3.

e) *Alii Numi ob Tolerantiam Religionum Imp. Josepho dicati Anno* 1782.

9. IOSEPHVS II. ROM. IMP. SEMP. AVG. *et infra:* TOLERANTIA IMPERANTIS. Effigies Augusti sinistrorsum conversi, in veste militari, ad pectus cum aureo vellere, et Insigni ordinis militaris Theresiani. *Reich fecit.*

SVB ALIS PROTEGIT OMNES. *Infra:* ECCE AMICI. 1782. Supra vero scriptum: IN DEO.

Quod postremum lemma schedae inscriptum gerit Aquila coronata, quae simul dextro pede sceptrum, et gladium, sinistro pomum Imperii tenet, radiisque divinitatis, per triangulum adumbratae, illustrata, expandit alas, stantibus infra cum Antistite Religiosis Romano-Catholicae, duobus Augustanae, et Helveticae Confessionum Ministris. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. prox. Ibidem N.* 2.

10. IOSEPH. II. D. G. ROM. IMP. VERÆ PIETATIS VINDEX. Caput nudum Augusti, pectore tenus. I. G. HOLTZHEY. F.

AMICISSIMA VERITAS. MDCCLXXXII. Imperator posita humi corona, et sceptro, ante aram in genua provolutus, lumen coeleste exorans. Latus arae insignitum est parmula Austriaca; in ipsa autem ara conspicuae sunt Legis Tabulae, ac Decretum Tolerantiae. *Arg. pond.* 1⅔ *Semunc.* Elegans.

f) *Magnus Russorum Dux Paulus, hujusque Conjux, Hospites Josephi Augusti Vindobonae,* 1781. *et* 1782.

11. PAVLVS. PETROWITSCH. MARIA FOEDEROWNA. MAGG. PRINCC. RVSS. Amborum Capita, ad sese conversa, pectore tenus. *I. N. Wirt. F.*

IOSEPHI. II. AVG. VINDOBONAE. HOSPP. GRATISS. AB. XI. KAL. DEC. MDCCLXXXI. AD PRID. NON. IAN. MDCCLXXXII. *Arg. pond.* 3½ *Semunc.* Elegans.

g) *Pius VI. P. M. Josephi II. hospes Viennae.* 1782.

12. PIVS VI. PONTIFEX MAXIMVS. Hujus Protome habitu pontificali. *Vinatzer fecit.*

IOSEPHI. II. AVG. VINDOB. HOSPES A DIE .XI. KAL. APR. AD. D. X. KAL. MAII. MDCCLXXXII. *Arg. pond.* 3. *Semunc.* Elegans.

13. Alius similis, ab *I. Donner* factus. *Arg. pond. Semunc.*

h) *Conventus Ordinum perpetuus in Galicia, et Lodomeria constitutus* 1782.

14. IOS. II. AVG. GALIC. ET. LOD. R. OSVIC. ET ZAT. D. Caput laureatum. *I. N. Wirt fecit.*

CONVENTV. ORDIN. PERPETVO. IN. GALICIA. ET. LOD. CONSTITVTO. MDCCLXXXIII. Mulier turrita stans cum Scuto, Insignia Galiciae, Lodomerii, Osvicii, et Zator exhibente, dextram jungit dextrae adstantis cum volumine viri togati, intermedio cum spicis modio, navisque rostro, palmaeque, et lauri ramis. *Arg. pond.* 1½ *Semunc. Ibidem N.* 4. Elegans.

i) *Emporiis Belgicis celebritas restituta.* 1782.

15. MAR. CHRIST. AVST. ALB. CAS. SAX. DVX. BELG. PRÆF. Principum Christinae, et Alberti effigies pectore tenus.

EMPORIA BELGICA PRISTINAE CELEBRITATI REDDITA PROVIDENTIA AVG. MDCCLXXXII. Su-

pra hanc epigraphen sunt Tridens, pileus Mercurii, caduceus cum cornucopiae juncta. Infra vero duo lauri palmaeque rami decussati. *Arg. octogonus Semunc.* Elegans.

k) *Portus Ostendanus ampliatus.* 1783.

16. Antica eadem, quae praecedentis.
PORTVS OSTENDANVS IN LITTORE BELGICO AMPLIORI NAVIVM RECEPTACVLO INSTRVCTVS MDCCLXXXIII. Cornucopiae, et caduceus decussatim positus ante initium hujus inscriptionis, in fine autem corollae dissolutae ornamentum. *Arg. octogonus pond. Semunc.* Elegans.

l) *Decretum ann. 1784. ne mortui sepeliantur intra urbes.*

17. Antica eadem, quae N. 15.
MORTVI. VRBIBVS. ELIMINATI. MORE. VETERI. MDCCLXXXIV. *Arg. octogonus pond. Semunc.*

m) *Institutum pauperum juvandorum Vindobonae introductum.* 1784.

18. QVOD PAVPERI MIHI. Effigies Christi Servatoris stantis, dextera pectori admota, sinistra extenta, et expansa. *I. N. Wirt. F.*

DILIGE DEVM SVPER OMN. PROX. VT TE IPSVM. *Infra:* PAVPERVM INSTITVTO VINDOB. MDCCLXXXIV. Duae Tabulae Decalogi in Nube radiis caelestibus illustrata. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc.* Elegans.

n) *Academia Leopoli instituta.* 1784.

19. IOSEPHVS II. AVGVSTVS. Caput laureatum. *I. N. Wirt fecit.*

OPTIMAR. ART. LVDIS IN GALICIA CONSTIT. *Infra:* ACADEMIA LEOPOL. MDCCLXXXIIII. Lyra laureata stans in cippo quadrato, ad cujus basim conspicua est Noctua. Cippi latus ornatur scuto heraldico Galiciae, et Lodomeriae. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 74. *N.* 5. Elegans.

o) *Praemium bene merentibus de Arte Medico-chirurgica constitutum* 1785.

20. IOSEPHVS II. AVGVSTVS. Caput laureatum. *Ab eod. I. Nep. Wirt.*

BENE MERERTIBVS DE ARTE MED. CHIRVRG. PRAEMIVM INSTITVIT. FR. ANTON. BRENDEL. CHIRVRG. MILIT. MDCCLXXXV. *Arg. pond.* 1. *Semunc.*

21. Antica eadem, quae praecedentis.

In Aversa brevior haec Inscriptio: BENE MERENTIBVS DE ARTE MEDICO CHIRVRGICA PRAEMIVM. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc.*

22. IOSEPHVS II. AVGVSTVS. Caput laureatum. *Donner fecit.*

ACADEMIA MEDICO CHIRURGICA MILITARIS. *Arg. pond.* ⅞ *Semunc.*

p) *Piscatio maritima in Belgio promota.* 1785.

23. MAR. CHRIST. AVST. ALB. CAS. SAX. DVX. BELG. PRAEF. Effigies Principum Christinae, et Alberti, pectore tenus.

ADDITVS AEQVOREAE PISCATIONI PROVIDIS EDICTIONIBVS STIMVLVS. MDCCLXXXV. In fine duo palmae, laurique rami. *Arg. octogonus pond.* 1. *Semunc.*

q) *Seminarium generale Cleri iunioris Lovanii erectum.* 1786.

24. Antica eadem, quae praecedentis.

ALVMNIS SACERDOTIO DICATIS RITE INSTITVENDIS SEMINARIVM GENERALE LOVANII ERECTVM. MDCCLXXXVI. In fine duo palmae rami decussati. *Arg. octogonus pond.* 1. *Semunc.*

r) *Principes Christina et Albertus civitate Brabantiae donati.* 1786.

25. Antica eadem, quae N. 23. describitur.

Inter coronam civicam, et scutum coronatum Ducatus Brabantiae haec epigraphe: PRINCIPES OPTIMI BRAB. CIVIT. DONATI. MDCCLXXXVI. *Arg. octogonus pond.* 1. *Semunc.*

s) *Academia Artium Viennae novis Institutis aucta.* 1786.

26. IOSEPH. II. AVG. ACADEMIAE ARTIVM INSTAVRATOR. Caput laureatum. *I. G. Donner F.* INGENIO ET INDVSTRIA. *Infra:* ACADEMIA VIEN. NOVIS INSTITVTIS AVCTA. MDCCLXXXVI. Templum quatuor columnarum, in quo est statua Minervae, quam Genius alis instructus, habensque flammulam in capite, monstrat duobus puerulis, artis pictoriae instrumenta secum ferentibus: tertius puerulus juxta basim cubicam genuflexus dimensionibus occupari videtur. *Arg. pond.* 1½ *Semunc.*

t) *Numisma, quo Academia Artium Vindobonensis merentes praemiare solet, sine anno.*

27. IOSEPHVS II. AVGVSTVS. Caput laureatum. I. N. WIRT. F.
Laurea, in cujus medio sculptum: ACADEMIA ARTIVM VINDOB. MERENTIBVS. I. N. W. *Arg. pond.* 2¼ *Semunc.* Elegantissimus.

u) *Dicasteria Gubernii Belgici reformata.* 1787.

28. Antica eadem, quae N. 23. descripta est. GVBERNII. GEN. DICASTERIA. AVGVSTI. IVSSV. IN VNVM. REFORMATA. MDCCLXXXVII. In fine occurrit palmae et lauri ramus. *Arg. octogonus pond. Semunc.*

x) *Studium*

x) *Studium generale in Belgio instauratum.* 1788.

29. Antica eadem, quae N. 23. describitur.

STVDIVM GENERALE MVNIFICENTIA AVGVSTI INSTAVRATVM MDCCLXXXVIII. In fine duo palmae, et lauri rami decussati. *Arg. octogonus Semunciam nonnihil excedens.*

y) *Turcae victi: Belgradum recuperatum.* 1789.

30. IOSEPHVS II. AVGVSTVS. Caput laureatum. I. DONNER.

TVRCIS. ACIE. VICTIS. TAVRVNO RECVPERATO. Infra: X. KAL. OCTOBR. VIII. ID. OCTOBR. MDCCLXXXIX. Aquila cum scuto laureato Austriae stans in columna quadrata, cui adsidens Fama insculpit: MARTINEST. BELGRAD. manu altera tubam gerens. Retro columnam prominent humi jacentia Turcica vexilla, tormentum, et sclopus. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Tab.* 74. *N.* 6. Elegans.

31. IOSEPH DER ZWEITE DEVTSCHER KAISER. Protome Imperatoris in veste legionis germanicae, ad pectus cum aureo vellere, et Insigni Ordinis militaris Theresiani. *I. P. Werner.*

NENNE MIT EHRFVRCHT DEN NAHMEN LAVDON DES GREISEN DES SIEGERS. *Infra*: DEN 8. OCTOB. 1789. Conspectus urbis, et arcis Belgradensis ad ostia Savi; ubi Dux belli Laudon equitans cum duobus aliis militum Tri-

bunis, gladio designare videtur, quanam parte facienda sit oppugnatio. *Arg. pond.* 1⅞ *Semunc. Ibidem N.* 7.

31. GED. LAVDONIVS EXERCITT. AVSTR. SVMMVS IMP. Protome Laudonii, ad pectus cum lorica, et Insigni Ordinis militaris Theresiani.

TAVRVNVM EXPVGNATVM. VIII. ID. OCTOBR. MDCCLXXXIX. Conspectus Belgradi tormentorum globis oppugnati, partisque Danubii praeterfluentis. *Arg. pond.* 2 *Semunc. Ibidem N.* 8. Elegans. *Donner fecit.*

32. GEDEON LAVDONIVS EXERCITVS CAESAR. DVX. Protome Laudonii squameam loricam induti cum superjecto pallio, ornatique Insigni magnae Crucis Ordinis militaris Theresiani. *I. Vinatzer. F.*

VENI VIDI VICI. Truncus annosae Quercus, in quo Aquila unguibus lunam stringens, armis et vexillis Turcicis humi circumjacentibus. Infra sculptus est annus MDCCLXXXIX. *Arg. pond.* 1¼ *Semunc. Ibidem N.* 9. Elegans.

z) *Obitus Josephi II.* 1790.

33. IOSEPHVS II. ROM. IMP. SE. AVG. G. HV. BO. REX. NAT. D. 13. MART. 1741. Caput laureatum.

MAGNA CONANDO MORTVVS. D. XX. FEBR. MDCCXC. Pallas galeata insidens thoraci militari dextra tenet ramusculum olivae, sinistra innititur hastae inversae. *Arg. pond.* ⅞ *Semunc. Ibidem N.* 10. Elegans.

B) Monetae currentes aur. arg. aer.

a) *Aurei.*

1. IOSEPHVS II. D. G. ROM. REX. S. A. G. R. Caput laureatum, ad pectus cum aureo vellere. HVNG. BOH. PRINC. HER. ARCHID. AVSTR. 1765. Scutum coronatum et aureo vellere ornatum, pro Telamonibus habens duos gryphos, in quo est Aquila simplex nimbata, gerens in pectore scutum coronatum Austriaco-Lotharingicum. *Aureus simpl.*

2. IOS. II. D. G. R. I. S. A. GER. IER. REX. Caput laureatum, ad pectus cum paludamento, et aureo vellere. Infra est A.

VIRTVTE ET EXEMPLO. 1769. Aquila biceps nimbata, coronata, gladio, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Scutum coronatum, aureoque vellere cinctum, in quo sunt Insignia Austriaco-Lotharingica. In area: H. C. Infra Aquilam Numerus 2. sub clausula. *Aureus duplus.*

3. IOS. II. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. A. A. D. B. ET L. Imperator coronatus, palliatus, loricatus, gladio praecinctus, stans, sinistrorsum conversus d. tenet sceptrum, s. pomum Imperii.

PATRONA REGNI HVNGARIAE. 1781. Deipara coronata, nimbata, radiis circumfusa, sedens d. sceptrum, s. Jesulum nimbatum, globigerum. Sub pedibus luna, infra hanc parmula



coronata Hungariae. *Aur. simpl.* Desinunt Notae monetales K. B. uti et N. B.

4. Alius similis, ejusdem anni 1781. sed infra effigiem Imperatoris est Numerus 2. sub clausula. *Aur. duplus. Tab.* 74. *N.* 11.

5. Alius similis, anni 1782. aeque *Aur. duplus.*

6. Alius similis, ejusdem anni 1782. *Aur. simplex.*

7. et 8. Alii duo similes, anni 1783. quorum unus est *Aur. simplex*, alter *duplus.*

9. 10. et 11. Alii tres anni 1784. praecedentibus similes, quorum duo sunt *aurei simplices*, tertius *duplus. Ibidem N.* 12.

12. et 13. Alii duo similes, anni 1785. quorum unus *Aureus simplex*, alter *duplus.*

14. IOS. II. D. G. R. I. S. A. GE. HV. BO. REX. Caput laureatum, infra quod B.

ARCH. A. D. BVRG. LOTH. M. D. H. 1786. Aquila biceps nimbata, coronata, ense, sceptroque armata, alis expansis, habens in pectore Scutum Austriaco-Lotharingicum coronatum, aureoque vellere cinctum. *Aur. simplex. Ibidem N.* 13.

15. Alius huic similis, anni 1787. *Aur. simpl.*

16. Alius similis cum Aquila bicipite, anni 1788. *Aur. simpl.*

17. Alius huic similis, anni 1790. *Aur. simpl.*

b) *Moneta argentea: Thaleri.*

1. IOSEPH. II. D. G. R. I. S. A. COR. ET HER. R. H. B. &c. Protome Imperatoris laureati, paludati, loricati, ad pectus cum aureo vellere. Infra est A.

ARCH. AVST. D. BVRG. LOTH. M. D. HET. 1766. *in fine crucula Burgundica.* Aquila biceps nimbata coronata, lingua exerta, alis expansis, dextro pede gerens gladium sceptrumque, sinistro pomum Imperii, habensque in pectore Scutum duabus coronis coronatum, aureoque vellere, aliisque duobus ordinibus cinctum, in quo sunt Insignia Hung. Boh. Burg. Hetruriae, et in medio parmulam coronatam Austriaco-Lotharingicam. In area: I. P. S. K. *Arg. Thalerus.*

2. Antica eadem, quae praecedentis, sed infra effigiem est litera H.

